BABRIUS

—

BOISSONADE

ΒΑΒΡΙΟΥ ΜΥΘΙΑΜΒΟΙ.

BABRII FABVLAE IAMBICAE.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES,
INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHI, VIA JACOB, 56.

ΒΑΒΡΙΟΥ ΜΥΘΙΑΜΒΟΙ.

BABRII

FABVLAE IAMBICAE CXXIII

IVSSV

SVMMI EDVCATIONIS PVBLICAE ADMINISTRATORIS

ABELI VILLEMAIN

VIRI EXCELL.

NVNC PRIMVM EDITAE

IOH. FR. BOISSONADE LITT. GR. PR.

RECENSVIT LATINE CONVERTIT ANNOTAVIT

« Πολλὰ ἐν μύθοις ἐσπούδασται ».
Julian. Cæs.

PARISIIS,
APVD FIRMIN DIDOT FRATRES,
VIA JACOB, 56.

MDCCCXLIV.

ABELO VILLEMAIN V. EXCELL.

PARI FRANCIAE

SVMMO EDVCATIONIS PVBLICAE ADMINISTRATORI

QVAS MIHI COMMISIT EDENDAS

BABRII FABVLAS

VT POTVI DILIGENTISSIME PRO TEMPORIS ANGVSTIIS

ET DOCTRINAE TENVITATE RECENSITAS ET EDITAS

REDDO DO DEDICO

FVTVRAS

OBSERVANTIAE SVMMAE

ATQVE

PROMPTISSIMI OBSEQVII

TESTIMONIVM.

EDITORIS PRÆMONITIO.

De Babrii Fabulis in monasterio Montis Atho repertis multus est ab anno et amplius sermo inter Europæ cives eruditos.

Quis illas invenerit, et ubi, brevissime narrabitur.

Eruditionis antiquæ promovendæ causa, Summus Educationis Publicæ Administrator, *Ab. Villemain*, V. Excell., in Græciam ante annos quatuor K. Μινωΐδην Μηνᾶν misit, codices manuscriptos investigaturum antiquitate insignes et integritate, ineditos præsertim quos nomen auctoris commendaret, aut ætas, aut argumentum. In primis est Μηνᾶς tali par negotio, homo et Græcus et doctus. Namque fuit olim Serris in schola patria philosophiæ professor ac rhetoricæ; et ex quo, relicta Macedonia, Parisiis habitat, libris ostendit non paucis quantum in literis valeat.

Codices Μηνᾶς, dum literariæ legationis officium obiret, plurimos inspexit, excerpsit, descripsit, quorum recensum ab ipso institutum legere (1) pretium erit ope-

(1) Reperitur in Conspectu Bibliographico Milleri et Aubenatis vv. dd. t. 5, p. 80. Unam obiter de uno codice animadversionem addere lubet obiter. Tertius codex hisce designatur verbis : « Quelques maximes d'Ésope inédites et inconnues jusqu'à « ce jour. Manuscrit sur parchemin qui date du X[e] siècle, et se compose de 40 pa» ges in-4°. Ces maximes sont en petit nombre; quelques-unes ont conservé la me« sure lyrique ; dans les autres la mesure a été rompue par les copistes : mais on « peut encore y distinguer le rhythme poétique. Le même man. contient quelques « autres maximes dont plusieurs inédites, d'Hippocrate, d'Hermippus, d'Évagrius, « de Démocrite, de Sextus, d'Isocrate et des Pères de l'Église ». In illo codice quem mecum communicavit humanissime vir d., nihil est lyrici, quod moneo ne fragmentorum eruditissimi collectores thesaurum reperisse se putent, atque disjecta Alcæi, Sapphonis, Ibyci, Stesichori membra ibi latere arte sua concinnanda. Codex ille,

ræ, quamvis careat (fabor enim libere quod sentio) ea narrandi diligentia et accurata auctorum ac librorum notitia, quæ relationum id genus fidem augent et utilitatem. Sed Græci homines diffusam illam occidentalium eruditionem nondum æmulantur, quibus nihil negligitur, ne ea quidem quæ minima sunt aut esse videntur. Ceteros inter codices eminet maxime Babrianus, quem Μηνᾶς in Bibliotheca Sanctæ Lauræ Montis Atho (1) reperit, imo detexit, atque de latebra pædore plena ac sordibus marcentem extraxit fœdumque. Qua de re mihi benignissime utendam permisit et describendam diarii particulam, eamque in imo margine appono (2) ipsis ejus

qui paginis constat 48, continet Georgidæ, nec prorsus evanido monachi nomine, Gnomologium, quod ante annos hosce quindecim primo Anecdotorum Græcorum inserui volumini. Libro Parisiensi multum præstat quo ad editionem meam sum usus; sed est magna sui parte mutilus, quippe qui desinat, media litera my, in verbis ὀλιγοχρόνιος θάνατος mihi p. 59. Nonnusquam in commentario Babriano codicem Georgidæ novum ad partes vocavi.

(1) De Montis Atho monasteriis, et peculiariter de S. Laura, prodiit nuper in Conspectu Bibliographico Milleri v. d. t. 4 et 5, narratio a Braconnerio Loyolita Patre scripta a. 1706, monachicis quidem ineptiis scatens, sed ex qua tamen plurima tollere possis. Videtur non nitidissima vel sua vel librarii manu usum fuisse; unde irrepserunt menda nonnulla non mediocria, hocce, verbi causa, t. 4, p. 949: Apostolorum hospitium « qu'on nomme dans le pays *quierasia*, à cause de la « grande quantité de couriers qui sont en cet endroit ». Corrigendum suspicor, « *querasia* » (κερασιά), et « cerisiers ». Quod firmatur Jo. Comneni Descriptione Montis Atho p. 458 : κατὰ δὲ τὸν δρόμον, ὅπου ὑπάγει ἀπὸ τὴν ἁγίαν Ἄνναν πρὸς τὸ μοναστήριον τῆς ἱερᾶς Λαύρας τοῦ ὁσίου Ἀθανασίου εὑρίσκονται... ἡ κερασία ὅπου καὶ παρακλήσιον τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Rursus t. 5, p. 60 : Monasterium τῆς Μεταμορφώσεως « est situé au milieu des montagnes à une bonne portée de mourques du « bourg ». Legendum videtur « portée de mousquet ».

(2) « L'histoire du manuscrit, qui contient les Fables d'Ésope versifiées par Balébrias [vid. p. 2], est celle-ci. Dans le couvent de *Laura*, à Mont-Athos, il y a deux bibliothèques, une petite et une grande. La première contient des manuscrits tout à fait abandonnés et jetés pêle-mêle, la plupart pourris par l'humidité et les ordures des animaux, au point que les Vies des hommes illustres par Plutarque, ouvrage manuscrit dont l'Allemand Zacharias parle dans le traité de son voyage qu'il fit il y a huit ans au Mont-Athos, manuscrit alors complet, je l'ai trouvé tout à fait abîmé; il n'avait plus que dix cahiers; en grande partie les feuilles étaient collées et pourries. Tous les autres manuscrits étaient dans un état pitoyable. Je travaillai dans cette bibliothèque quinze jours, accompagné d'un diacre, nommé Gabriel, en

verbis, quæ maluit adhibere gallica ; equidem græca maluissem. Est enim Μηνᾶς orationis græcæ artifex eximius. Quod quam vere dixerim monstrat Προθεωρία præmissa Galeni libello de Dialectica, quem nuper edidit typis Didotianis, dialecticus ipse valentissimus.

Dolendum est Babrianum librum tam feliciter inventum non exportatum fuisse Parisios. Sed οἱ ἁγιορεῖται pretium poscebant immane, et describere Μηνᾶς necesse habuit quem non potuit emere. In novam vero legationem profectus, vel mox profecturus, sibi illum comparare πάσῃ μηχανῇ, τουτέστι πάσῃ τιμῇ, conabitur.

Interim apographo usus, Babrium eo mihi videor modo recensuisse, ut pauci supersint loci in quibus lector hæreat, græce doctus, et satis literatus. Atque magnam ingenii et elegantiæ famam, quam Babriano nomini fragmenta brevia et numero exigua conciliaverant, augebunt multum (id enim fiduciæ habeo) maxi-

feuilletant tous les manuscrits, que j'ai nettoyés autant qu'il m'était possible; et j'ai mis des étiquettes et des numéros à ceux qui m'ont paru de quelque intérêt. Il y avait un plancher, qui occupait la moitié du parterre de la bibliothèque, en forme d'un sopha. Les planches d'au-dessus étaient mouvantes, et le devant du plancher ouvert; l'au-dessous était plein de poussière et des ordures d'animaux. Ayant examiné tous les manuscrits, je me suis fourré sous le plancher, malgré la résistance des moines, qui s'y trouvaient. Ils me disaient qu'il n'y avait rien, et que je me salirais inutilement. Cependant j'en ai extrait quinze manuscrits : un Denys d'Aréopage, grand in-8°, *membr.*, avec des notes abrégées sur les marges; un autre, Histoire des animaux, par Élien, incomplet et pourri vers la fin, *chartaceus;* et autres treize encore, parmi lesquels se trouvait le manuscrit en question, abîmé vers le commencement et vers la fin. La dernière feuille était un lambeau, qui contenait les six derniers vers; le verso était embloqué d'un papier collé et pourri. La première partie de ce manuscrit contenait les Histoires fabuleuses dont saint Grégoire de Nazianze fait mention dans quelques-uns de ses discours. La partie suivante contenait [les Fables] en quatre-vingt pages in-8°, de la même grandeur que la copie que j'eus l'honneur d'envoyer à M. le Ministre [altitudo apographi est cm. 18; latitudo cm. 13]; plusieurs de ses feuilles étaient récrites. L'écriture m'a paru être du X[e] siècle. Le ι n'y était pas souscrit sous les voyelles α η ω, mais placé du côté droit : par exemple, αι ηι ωι, pour ᾳ ῃ ῳ. Toutes les affabulations étaient en lettres majuscules. Il y avait plusieurs mots, dont quelques lettres étaient effacées, que j'ai déchiffrées et transcrites avec beaucoup de peine ».

mamque facient fabulæ novæ numero centum et viginti tres; grande opus, unde ars poetæ et orationis scitus lepos recte queunt æstimari. Neque illi poterunt nocere rari versus, de quorum scriptura dubitabit lector criticus, quos sanabit forsan felix divinatio, vel codex alius.

Exspectandum enim trium saltem codicum auxilium.

Emetur codex Sanctæ Lauræ, vel poterit diligenter, data occasione, cum editione conferri.

Exstitit in bibliotheca Sanctæ Mariæ Grottæ Ferraræ, haud procul Tusculo, codex sæculo undecimo ineunte exaratus, in quo P. Romolinus inter varia opuscula mythica vidit triginta fabulas Æsopias « versibus iambicis vel potius scazontibus » ligatas. Romolini verba dissertissima reperire est in Noribergensibus Murrii Ephemeridibus, ann. 1789, unde fuerunt exscripta ab Harlesio in Bibl. Græca, t. 1, p. 635, qui Babrii versus esse nullus dubitat; ex Bibliotheca Gr. illa repetunt Schwabius Notitia de Phædro, p. 60, Knochius Editione Babrii, p. 25. Rogatus a me *Ab. Villemain*, vir excell., inquiri curavit de eo codice; et responsum tulit fuisse circa finem sæculi superioris a bibliotheca Mariana Grottæ Ferratæ ablatum. De loco in quem sit translatus nunc fit investigatio.

Tertius exstat in Hispania codex, b. Knustio inspectus, quemque se *forsan* descripturum esse dicebat literis ad Pertzium virum eruditiss. Matrito datis d. 24 febr. a. 1841, paucis ante mortem mensibus; nam Parisiis diem supremum obiit vir desid. d. 9 m. octobris ejusdem anni. Certior autem factus sum, Babrii causa, etiam mei, quæ est viri d. humanitas magna, Pertzium Knustianas schedas sedulo esse pervolutaturum; et, si quæ reperientur ad Babrium pertinentes, mecum communicatum iri.

Non deerunt igitur auxilia critica. Quod si menda remanserint nullo pacto emendabilia (verbi causa, spondæi τε ζῶν τὸ ζῆν male inlati quartæ sedi), poetæ ipsi vertentur vitio; quidni? peccant poetæ vel optimi; peccaverit græce scribens homo latinus. Nam poetam cui nomen Babrio, Valerio Babrio, natione et lingua latinum esse opinor.

Quæ si me non fefellit opinio, jam fit manifestum non vixisse Babrium eadem qua Bion et Moschus ætate; qua ætate homines latini græcos versus non faciebant. Censuerunt alii Babrium circa Augusti ævum floruisse, quos argumentis usos fuisse speciosioribus quam validioribus ostendit Knochius vir doct., quem non exscribo. Exscribam in transcursu hominis literati verba, in quæ nuper incidebam : « Babrias, auctor græcus, Augusti ætate « vixisse videtur..... Videtur ejus fabularum usus apud « Romanos fuisse frequentissimus. Suadebat Seneca « amico suo Polybio, Consol. 27, illas latine converteret; « et Quintilianus, Instit. I, 9, pueros jubebat inter le- « gendum versus solverent. » Quæ si reapse dixerunt Seneca et Quintilianus, tantæ testes auctoritatis, nullum jam potest esse dubitationi locus. Sed est de Babrio altum Quintiliani ac Senecæ silentium; quique talia tam secure ac fidenter effudit, tota pronuntiandum est erravisse via.

Suam ipse Babrius indicavit ætatem Procemio altero ante literam my, libellum donans novum filio βασιλέως Ἀλεξάνδρου, regis, immo imperatoris, Alexandri; quem filium Fab. 74, et Prooemio priore Branchum nominavit. Ad hunc locum monui, sed dubitanter, posse Alexandrum Severum intelligi. Atque quod narratur, Fab. 57, de Arabibus, quos mortalium mendacissimos expertus sit, in hominem non male cadit qui cum Brancho, filio Alexandri Syri, Syriam habitaverit. Qui nove-

rit istis meliora atque impertietur, ex facili me docilem et sequacem habebit.

Addidi ex Knochiano Syntagmate fragmenta choliambica Babriana, ex plurimis paucula: ea videlicet quibus in novis fabulis sedes non data fuit; versibus omnino neglectis, quos ex prosa fabulatorum oratione excitavit ars criticorum, quamvis non raro sint probabilissimi: carent enim auctoritate. Apprime noverunt qui hæc nostra studia tractant, quam sæpe restitutiones quas vocant locorum et emendationes, ipso commentatorum periculo intrepida mente prolatæ, fuerint codicis novi lectionibus apertissime confutatæ.

Parisiis, a. d. X cal. oct. XLIV.

ΒΑΒΡΙΟΥ

ΜΥΘΙΑΜΒΟΙ ΑΙΣΩΠΕΙΟΙ.

BABRII

FABULÆ ÆSOPIÆ METRO IAMBICO.

ΒΑΒΡΙΟΥ

ΜΥΘΙΑΜΒΟΙ ΑΙΣΩΠΕΙΟΙ

ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ.

ΣΤΙΧΟΙ ΧΩΛΙΑΜΒΙΚΟΙ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Γενεὴ δικαίων ἦν τὸ πρῶτον ἀνθρώπων,
ὦ Βράγχε τέκνον, ἣν καλοῦσι χρυσείην.

Consuetudini parens edidi Βαβρίου. Sed apographum a Μινωΐδῃ Μηνᾷ scriptum, quod deinceps brevitatis causa litera A designabitur, exhibet Βαλεβρίου. Correcta magis scriptura codicis Harleyani apud Tyrwhittum Dissertatione Babriana p. 69, Βαλερίου, superscripto Βαβρίου. Suidæ quidem, a quo sæpe fuit ad partes vocatus, passim dictus est Βάβριος, simul et semel Βαβρίας, loco quem describere est operæ pretium: Βαβρίας ἢ Βάβριος· μύθους ἤ τοι μυθιάμβους· εἰσὶ γὰρ διὰ χωλιάμβων ἐν βιβλίοις ι'· οὗτος ἐκ τῶν Αἰσωπείων μύθων μετέβαλεν ἀπὸ τῆς αὐτῶν λογοποιΐας εἰς ἔμμετρα, ἤγουν τοὺς χωλιάμβους. Nulla codicum Suidæ memorata fuit circa id nomen varietas. Et Βάβριος vocatur ab Etymologici M. auctore in ὄμφαξ et πεπρωμένον· a Tzetza Chil. VIII, 505, XIII, 257, Βαβρίας, et incerto nominativo XIII, 592 : Τοῖς μύθοις τοῖς Αἰσώπου τε καὶ στίχοις τοῦ Βαβρίου. Zonaræ, sub Ἦια, scriptura Βάμβριος in Βάβριος reformanda est ex Anecdotis Parisiensibus Crameri t. 4, p. 139, 26. Et Avianus etiam præfatione Babrium laudavit. Quum sit Babrius nomen latinum ex inscriptionibus notum, quas, post Cannegieterum, collegit Knochius editione Babrii p. 12, fere crediderim, quæ est X. Bergeri opinio, quam et Hasio viro doct. probari intellexi, fabulatori nomen fuisse Valerio Babrio. Quod si ut nomine et gente latinus fuerit, potuit græca oratione uti, quæ et probabilis esset, elegantissima quoque. Similia non desunt hominum exempla utrius-

BABRII

FABULÆ ÆSOPIÆ METRO IAMBICO,

SECUNDUM LITERARUM ORDINEM.

VERSUS CHOLIAMBICI.

PROOEMIUM.

Principio progenies justorum fuit hominum, o Branche fili, quam vocitant auream ..... Tertia post illas quædam ex-

que linguæ doctorum.— In A quidem est μῦθοι, sed me monuit Μηνᾶς serius vidisse se codicem obscure quidem, sed certissime μυθίαμβοι nomen tenere. Quod statim recepi, quum id nominis et loco Suidæ, quem modo allegavi, plane confirmetur, et alio Tzetzæ Chil. XIII, 257 : ὥσπερ Βαβρίας γράφει Ἐν μυθιάμβοις τοῖς χωλοῖς, οὐ τοῖς ἰάμβοις λέγω. Vide Knoch. Babr. p. 15, 17.

1. De aurea ætate Hesiodus E. 109 : Χρύσεον μὲν πρώτιστα γένος μερόπων ἀνθρώπων Ἀθάνατοι ποίησαν. Ovidius : « Aurea prima sata est ætas. »

2. Βράγχε τέκνον) quem nominat et Fab. 74, 15 ; non nominatum compellat vocativo παῖ Fab. 18, 15 ; 72, 28. An ad suum ipsius filium orationem direxerit iis locis poeta dubito ob primum versum fabulæ 108, seu procemii potius literæ M : ὦ παῖ βασιλέως Ἀλεξάνδρου. Quærenti quis sit ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, remoto illo Macedone rege, succurrit imperator Alexander Severus. Ipsi enim esse potuit filius nothus, qui vocatus fuerit Branchus; idque convenientissime, scilicet natus forsan in Syria, forsan matre syra, certe syro patre, qui ante imperium gesserat Solis sacerdotium, et filium, nomine tali dato, quasi tutelæ Apollinis Branchii commendare sibi videbatur. Quæ conjectura hactenus non displicet Hasio viro eruditissimo. Jam erit τέκνον, παῖς, appellatio caritatis, qua usus fuerit magister in discipulum, affectu cum tenero. Libanius t. 3, p. 444 : εἰσί μοι παῖδες· οὕτω γὰρ καλὸν ὀνομάσαι τοὺς τῆς συνου-

Τρίτη δ' ἀπ' αὐτῶν τις ἐγενήθη χαλκείη,
μεθ' ἣν γενέσθαι φασὶ θείαν Ἡρώων·
πέμπτη, σιδηρᾶ ῥίζα καὶ γένος χεῖρον.
Ἐπὶ τῆς δὲ χρυσῆς, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ζῴων
φωνὴν ἔναρθρον εἶχε καὶ λόγους ᾔδει·
ἀγοραὶ δὲ τούτων ἦσαν ἐν μέσαις ὕλαις.
Ἐλάλει δὲ πέτρα καὶ τὰ φύλλα τῆς πεύκης·
ἐλάλει δὲ δελφὶς, Βράγχε, νηῒ καὶ ναύτῃ·
στρουθοὶ δὲ συνετὰ πρὸς γεωργοὺς ὡμίλουν·
ἐφύετ' ἐκ γῆς πάντα, μηδὲν αἰτούσης·
θνητῶν δ' ὑπῆρχε καὶ θεῶν ἑταιρείη.
Μάθοις δ' ἂν οὕτω ταῦτ' ἔχοντα καὶ γνοίης
ἐκ τοῦ σοφοῦ γέροντος ἡμῶν Αἰσώπου,
μύθους φράσαντος, τῆς ἐλευθέρας μούσης.

σίας ἀπολελαυκότας. Joannes Hieros. Vita Joannis Damasceni p. 240 : οἱ φιλοσοφίαν ἐκμελετήσαντες τέκνα τεκεῖν διὰ φιλοσοφίας τε καὶ μυήσεως ποθοῦσιν. Barnabas, qui fertur, initio Epistolæ Catholicæ : « avete, filii et filiæ ». Ac discipuli magistrum patris nomine compellabant. Vide Menard. ad Barnabam p. 81 ; Elsner. ad Matthæum 11, 19 ; Wolf. ad Liban. Epist. 285, 8 ; Fabric. ad Marin. p. 127 ; Wyttenb. ad Eunap. p. 261. Addam in Aviani præfatione codices duo pro « Babrius » exhibere « Brachius », quod mendum, etsi esse fortuitum videatur, fuit tamen memorandum.

3. A, τῆς. Scribendum mihi fuit τις. — Fit saltus a prima ætate aurea ad tertiam, secunda omissa, librario, puto, negligentius properante. Est ἀπ' αὐτῶν, τῶν γενεῶν scilicet, intelligendum, non ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων. Ovidius : « Tertia *post illas* successit ahenea proles » ; qui non neglexit secundam : « subiit argentea proles, Auro deterior ». Hesiodus Ἔ. 126 : Δεύτερον αὖτε γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν Ἀργύρεον ποίησαν· tum v. 142 : Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων Χάλκειον ποίησ', οὐκ ἀργύρῳ οὐδὲν ὁμοῖον.

4. A, γενέσθαί φασι) Post tertiam ætatem fuit Heroum quarta, de qua siluit Ovidius, Hesiodo memorata Ἔ. 156 : Αὖθις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ Ζεὺς Κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον, Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται Ἡμίθεοι.

5. A, μεμπτή. Correxi πέμπτη, quod postulat sententiarum nexus. Hesiodus πέμπτον γένος describit Ἔ. 172 : Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον πέμπτοισι μετεῖναι Ἀνδράσιν. . . Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον. Ovidius : « De duro est ultima ferro » ; quæ ipsi est quarta. Auctorem fere puto scripsisse σιδηρῇ ipsum. Sed reliqui quod reperi in A. Quum variabitur, ionismum eligam.

titit ænea, quam excepisse narrant divinam aliam, Heroum. Quinta, ferrea radix fuit pejusque genus.

Aurea in ætate,..... et animalia cetera vocem habebant articulatam sermonibusque utebantur; et illorum erant fora silvis in mediis. Loquebantur et lapis abietisque folia; loquebatur delphinus, Branche, navi ac nautæ; colloquebantur passeres intelligenter cum agricolis. Ex tellure nascebantur cuncta, nihil ipsa poscente; mortalesque inter ac deos vigebat sodalitas.

Hæc autem disces sic habere se ac cognosces ex sapientis senis nostri Æsopi fabulas enarrantis libera musa.

6. A, ἐπὶ τῆς δε   σῆς, deleta syllaba. Quo in loco quum valde trepidaremus ego et homo aliquis doctus, statim vidit Dübnerus vir in hac arte critica consummatissimus legendum esse χρυσῆς, quod adeo verum est ut nihil sit verius; et ita scripsi, posito in δε accentu. Jam, ni mutentur verba τὰ λοιπὰ, patet periisse versus hujus finem, cum initio sequentis, cujus erit clausula, καὶ τὰ λοιπὰ τ. ζ. Cogitabam de corrigendo, καὶ τὰ φῦλα, καὶ τὰ πολλὰ, vel τὰ πλεῖστα τ. ζ., sed est nimia literarum in utroque nomine differentia.— A, ζώων. Scripsi ζῴων, quod fere semper A exhibeat ῳ, ut et in σῷος, σῴζω. Quæ scriptura, quamvis eam plurimi editores negligant, est optima, fuissemque reprehensione dignus, si a codice recessissem. Vide Knochium ad Babrium pag. 57.

9. Τὰ φύλλα τῆς πεύκης.) Loquitur abies Fab. 38, fagus Fab. 36. Phædrus Prologo primo : « Quod arbores loquantur, non tantum feræ. » Loquuntur in Aviani Fabula abies et dumus. Vide Rigalt. ad Phædr. l. l.

10. A, ἐλάλει δὲ πόντιος ἰχθὺς, Βράγχε, νηῒ καὶ ναύτῃ. Proponit vir d. versum legere, deleto nomine Βράγχε. Sed pes quartus ita esset læsus, ut non posset incedere. Nulla est causa cur scripsisset nomen Βράγχε librarius non repertum; potuit imprudens male repetere verbum ἐλάλει. Forsan inde legendum: Καὶ πόντιος ἰχθὺς, Βράγχε, νηῒ καὶ ναύτῃ. Verbo iterato sententia non indiget. Vel latet piscis nomen cujusdam proprium, cujus glossa πόντιος ἰχθὺς e margine sibi viam fecerit et sedem non suam occupaverit. Hocque mihi visum est illo probabilius, scripsique δελφὶς, de ipso tamen vocabulo multum incertus, quum fabulam non meminerim, in qua delphinus et navis nautæque fuerint inter se loquuti.

12. Ovidius Metamorphos. primo in descriptione ætatis aureæ : « Mox etiam

Ὡς νῦν ἕκαστον ἂν θείης ἐν τῇ μνήμῃ,
μελισταγές σοι νῷ τὸ κηρίον θήσω,
πικρῶν ἰάμβων σκληρὰ κῶλα θηλάσσαι.

fruges tellus inarata ferebat, Nec renovatus ager gravidis canebat aristis ».

15. Γέροντος ἡμῶν) Phædrus 5, 7, 32: « homo *meus* se in pulpito Totum prosternit. » Ibi Schwab. Et Phædro non semel Æsopus dictus fuit senex; 2, Prol. 8 : « morem servabo senis ». Vide Schwab. ad 3, 19, 11. Idque non tam ratione ætatis, quam propter doctrinam ac magisterium. Sic « Callimachus senex » in Statiano Stellæ Epithalamio. Sic passim Hippocrates vocatur senex.

17. A, ὧν νῦν ἕκαστον ἂν θείης ἐμῇ μνήμῃ. Μηνᾶς proponit τεῇ μνήμῃ, malui ἐν τῇ. Et ὧν in ὡς mutavi. Sic connectetur probabiliter sententia sequentis versus. Theodorus Prodromus Rhodante simili sæpius utitur syntaxi : Ὡς ἂν λάθοι Δρύαντος ἡ παροινία, p. 62; ὡς ἂν Βρυάξης ὁ κρατήσας θεσπίσοι, p. 313; ὡς ἂν Δοσικλῆς τῶν τεθέντων ἐκφάγοι, p. 354. Babrius F. 59, 12 : ὡς ἂν βλέποιτο. De quantitate syllabæ primæ vocabuli θείης sit lector securus. Est τοιοῦτον amphibrachys F. 28, 7, et sic ποιητὸν F. 1, 8; προσποιηθεὶς epitritus secundus F. 97, 2; προσποιητὰ ditrochæus F. 103, 5. Cf. F. 24, 3. Et Reisigium memini contra metricos eosque principes, Porsonum et Hermannum, iambum πλείων defendere. Potuit servari ὧν scripto ἐνθείης. Sed votum tam disertum de re tam tenui valde displicebat.

18. Μελισταγὲς τὸ κηρίον) Christodorus Descriptione statuarum de Homero 343 : Πιερικὴ δὲ μέλισσα περὶ στόμα θεῖον ἀλᾶτο Κηρίον ὠδίνουσα μελισταγές.

19. A, θηλᾶσαι. Suidas verbum habet θηλάσαι, sed sine exemplo, cum acuto tono. Et Hesychio sic scriptum est θηλάσαι sub Θῆσαι. Circumflexum est θηλᾶσαι, ab eo qui syllabæ cavebat. Putavi, quum θηλάσαι metro noceat, scribendum θηλάσσαι. Sic duplicavit sibilum poeta in ἀμέσσων Fab. 107, 7; in ποσσὶν F. 45, 11; et c. Major est sententiæ quam scripturæ difficultas. Mellifluum favum vocari puto narrationes ipsas, quæ dulci et amœna novitate amaros condient iambos et asperos. Sed miror Babrium fabulatorem, amaros dicentem suos iambos, alterum velut Archilochum. Atqui si sunt amari, certe non erunt puero. Nam hanc esse Branchi ætatem ex verbi θηλάζω metaphora conjicio ac memoriter discendi præcepto. Amari ut maxime lectoribus videbuntur gravioris ætatis, qui « suspicione errantes sua ad se rapient quod fuerit omnium commune». Ac prologo altero Fab. 108, rursus τῶν ἰάμβων τοὺς ὀδόντας θήγει, quod est probabilius dictum. Addam inesse videri in πικρῶν ἰάμβων et μελισταγὲς κηρίον recordationem quamdam sententiæ veteris, τῆς παιδείας τὴν μὲν ῥίζαν εἶναι πικράν, τὸν δὲ καρπὸν γλυκύν, quam Isocrati tribuunt Hermogenes Prog. c. 3, p. 22, Libanius in Chria t. 4, p. 867, reperiunda et in Theonis antiquis editionibus, Camerariana v. c. p. 129; Demostheni Arsenius Viol. p. 190, Antonius Monachus S. 50 ed. lat. p. 180; Aristoteli Diogenes Laert. 5, 18; Democrito Gnomologus ap. Menag. ad Diog. l. l.; Catoni Diomedes ibid.; Tullio Jul. Rufinianus, ubi Ruhnk. p. 211. Demosthenem auctorem nominat et anonymus in codice 1168 : Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ τὴν μὲν ῥίζαν τῆς παιδείας ἔφη εἶναι πικράν, τοὺς δὲ καρποὺς γλυκεῖς. Respectu ad illud nobile dictum Gregorius Nyss. t. 3, p. 315 B : Οὐ γάρ εἰσιν αἱ ῥίζαι τῆς

Ut nunc unumquodque mandes memoriæ, mellifluum tuæ menti favum apponam, qui amarorum queas iamborum aspera cola sugere.

παιδείας γλυκεῖαι, ἀλλὰ πικραὶ, καρπὸν δὲ εἰς ὕστερον βλαστάνουσι κηρίων ἡδύτερον. Hieronymus Rustico Epistol. Sel. l. 2, p. 313: « gratias ago Domino quod de amaro semine literarum dulces fructus carpo ». Lupus Ferrar. Epist. 1, extr.: « meque rimantem amaras literarum radices earum jam jucundissimis replete fructibus ». Vide et not. ad Herodiani Epimerismos p. 53, 293. Vulgatior etiam est mellis mentio in oppositione amari saporis. Photius Epist. 1, § 91: Οὔτε γὰρ τὰ δριμύτερα τῶν φαρμάκων ἄνευ μέλιτος τοῖς κάμνουσι προσάγειν ἐγνώκασιν οἱ ἰατροί. Cf. Gregorius Naz. Or. 37, p. 607 D; Synesius De regno p. 2 B. Locos veterum plurimos apposui ad Zachariam Mityl. p. 396. Inter similes recentiorum locos eminent suavissimi Tassi versus initio Gerus.: « Cosi all' egro fanciul »..... Quos notissimos transcribere supersedeo. Absurdissima est Chesterfieldii de eis sententia Epist. 217: « The image, with which he adorns the introduction of his epic poem, is low and disgusting; it is that of a froward, sick, puking child, who is deceived into a dose of necessary physic by *du bonbon* ». Quis credat tam tenera vocabula « egro fanciul » barbaris istis et absonis reddi potuisse nominibus, et pro « succhi amari » apponi « a necessary physic » oratione moreque doctoris Purgonis, ac ridiculissime *du bonbon* pro pulcra poeticaque locutione « soave licor »? Voltarius, qui, Periculo de epica poesi cap. 1, ait, nec sine errore, opinor, talem imaginem in gallica epopœia non posse omnino recipi, illam merito laudat a poeta italo scriptam: « on approuve avec raison en Italie ces vers imités de Lucrèce [1, 936] dans la troisième stance du premier chant de la Jérusalem: « Cosi all' egro fanciul »... Ludebat, Tassi sui memor, Guadagnolius, poeta jocosior: « Ma perchè non vi spiaccia o desti orrore, L' orpellerò di lusinghier concento. Così Frank, astutissimo dottore, Ricopria le sue pillole d'argento, E il fanciullin, che non sapea di più, Vedeale belle, e le tirava giù ».

In loco valde impedito et obscuro, ac sine codicis ope fere insanabili, mihi proposuit Dübnerus, lector diligentissimus et eruditissimus, emendationem, qua sententia evadit optima, sed fit etiam codicis scripturæ vis nimia quam ut recipi queat: ὧν νῦν ἕκαστον ἵνα τιθῇς ἐν τῇ μνήμῃ, μελισταγές σοι, λῷστε, κηρίον θήσω, πικρῶν ἰάμβων σκληρὰ κῶλ' ἀφηδύνας.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Α.

Α'.

ΤΟΞΟΤΗΣ ΚΑΙ ΛΕΩΝ.

Ἄνθρωπος ἦλθεν εἰς ὄρος κυνηγήσων,
τόξου βολῆς ἔμπειρος· ἦν δὲ τῶν ζῴων
φυγή τε πάντων καὶ φόβου δρόμος πλήρης.
Λέων δὲ τοῦτον προυκαλεῖτο θαρσῆσαι
αὐτῷ μάχεσθαι. « Μεῖνον », εἶπε· « μὴ σπεῦδε ».
Ἄνθρωπος αὐτῷ· « Μὴ δ' ἐπελπίσῃς νίκῃ·
« τῷ δ' ἀγγέλῳ μοῦ πρῶτον ἐντυχὼν, γνώσῃ
« τί σοι ποιητόν ἐστιν. » Εἶτα τοξεύει,
μικρὸν διαστάς. Χὼ μὲν οἰστὸς ἐκρύφθη
λέοντος ὑγραῖς χολάσιν· ὁ δὲ λέων δείσας
ὥρμησε φεύγειν ἐς νάπας ἐρημαίας.
Τούτου δ' ἀλώπηξ οὐκ ἄπωθεν εἱστήκει.
Ταύτης δὲ θαρσεῖν καὶ μένειν κελευούσης,
« Οὔ με πλανήσεις, » φησίν, « οὐδ' ἐνεδρεύσεις·
« ὅπου γὰρ οὕτω φοβερὸν ἄγγελον πέμπει,
« πῶς αὐτὸς ἤδη πικρός ἐστι γιγνώσκω ».

Ὅτι δεῖ ἐκ τῶν προσφερομένων γινώσκειν τὴν ἑκάστου διάθεσιν· καὶ ὅτι ἡ σοφία τῆς δυνάμεως διαφέρει.

Similis argumenti conferatur Corayani syntagmatis Fabula 279, p. 182, 397; Aviani Fabula 17. — Lemma addidi huic Fabulæ, ut et reliquis.

3. A, φυγῆς. Scripsi φυγή.

4. A, θαρσῆσαι. Forsan, θαρσήσας. Fabula collata : λέων δὲ μόνος προεκαλεῖτο αὐτὸν εἰς μάχην. Avianus : « Tum pavidis *audax* cupiens succurrere tigris. » Sed videtur Leo dixisse, θάρσει καὶ μεῖνον. Conf. v. 13.

5. A, αὐτῷ. Malui αὑτῷ.

10. Suidas : χολάδες, τὰ ἔντερα.

11. Suid. : νάπη, ὀρεινὸς ὑλώδης τόπος.

12. Ignatii fabulam tetrasticham apponam, quam emendem obiter : Μάχην

I.

SAGITTARIUS ET LEO.

Homo quidam ivit in montem venaturus, sagittandi peritus artis. Tunc animalium fuga cunctorum exstitit cursusque plenus formidine.

Ast hominem leo provocavit, ut audax secum dimicaret. « Restita », inquit; « ne properes. » Cui homo : « Nec speres « tu victoriam. Sed primum nuntio meo occurrens obvio, « cognosces quid sit faciendum tibi ». Dein arcu emittit sagittam, parvo distans intervallo. Et latuit ferrum mollibus leonis in visceribus conditum; qui perculsus metu conjecit se fuga in deserta saltuum.

Ab ipso vulpes non procul stabat.

Quæ quum bono esse animo manereque in loco juberet, « Non me decipies », ait, « nec strues insidias mihi. Quando- « quidem enim terribilem adeo mittit nuntium, quo sit ipse « modo acerbus jam intelligo. »

Quod oporteat ex prolatis in medium cognoscere quæ sit cuique animi affectio; et quod sapientia prævaleat potentia.

λέων συνῆπτεν ἀνδρὶ τοξότῃ, Βέλει τυπεὶς δὲ, θηρσὶν εἶπε τοιάδε· Εἰ δὲ προπομποὺς εὐπορεῖ τοίους ὅγε, Τίς αὐτὸς εἴη συστάδην ὡρμημένος; Protulit vir d. secundi versus e codice varietatem, Βέλει νυγεὶς δὲ θὴρ συνεῖπε τοιάδε, quam edita lectione multo meliorem esse ait, postulans quid plurale nomen θηρσὶν significat. Mihi dissentire liceat. Verbum συνεῖπε prorsus absonum est, et θηρσὶν intelligendum de feris qui vulnerato adsunt leoni. Pronomini ὅγε substituendum ὅδε, quod reperi in codice 2991 A.

In affabulatione suadet Μηνᾶς mutare προσφερομένων in προφερομένων. Non esse scripta a Babrio hæc epimythia

Β΄.

ΓΕΩΡΓΟΣ ΔΙΚΕΛΛΑΝ ΑΠΟΛΕΣΑΣ.

Ἀνὴρ γεωργὸς ἀμπελῶνα ταφρεύων,
καὶ τὴν δίκελλαν ἀπολέσας, ἐπεζήτει
μὴ τῶν παρόντων τήνδ' ἔκλεψεν ἀγροίκων.
Ἠρνεῖθ' ἕκαστος. Οὐκ ἔχων δ' ὃ ποιήσει,
εἰς τὴν πόλιν κατῆγε πάντας ὁρκώσων·
τῶν γὰρ θεῶν δοκοῦσι τοὺς μὲν εὐήθεις
ἀγροὺς κατοικεῖν, τοὺς δ' ἐσωτέρω τείχους
εἶναί τ' ἀληθεῖς καὶ τὰ πάντ' ἐποπτεύειν.
Ὡς δ', εἰσιόντες τὰς πύλας, ἐπὶ κρήνης
τοὺς πόδας ἔνιζον, κἀπέθεντο τὰς πήρας,
κῆρυξ ἐφώνει χιλίας ἀριθμήσειν
μήνυτρα σύλων, ὧν ὁ θεὸς ἐσυλήθη.
Ὁ δὲ τοῦτ' ἀκούσας, εἶπεν· « Ὡς μάτην ἥκω!
« κλέπτας γὰρ ἄλλους πῶς θεός γ' ἂν εἰδείη,
« ὃς τοὺς ἑαυτοῦ φῶρας οὐχὶ γιγνώσκει,
« ζητεῖ δὲ μισθοῦ μή τις οἶδεν ἀνθρώπων »;

Ὅτι χρὴ ἀπιστεῖν τοῖς ὑπισχνουμένοις ὧν οὐκ εἰσεῖδες πιστά.

et alia prosa nec usque bona oratione scripta vix opus est lectorem moneri. Duorum quæ huic fabulæ fuerunt apposita alterum comparari potest dubio et ipsi epimythio Phædri 1, 13 : « Virtute semper prævalet sapientia »; et Theognideæ sententiæ 1076 : Κρεῖσσόν τοι σοφίη καὶ μεγάλης ἀρετῆς· scilicet δυνάμεως. Quum merito in loco Phædri displiceat « virtute », quæ sit corvi dolosis verbis a vulpe decepti, potest intelligi de sapientia quæ sua ipsius prævaleat virtute.

1. Suidas : ταφρεῦσαι, περισκάψαι.

II.

AGRICOLA QUI BIDENTEM AMISERAT.

Agricola fodiens vineam, quum bidentem amisisset, quærebat num quis præsentium furatus eum esset rusticorum.

Negabat quisque.

Tum incertus homo quid faceret, in urbem deduxit omnes, jusjurandum delaturus.

Deorum enim eos opinantur vulgo qui sunt ingenio tardiores ruri habitare; qui autem muris intus degunt, veros esse deos et cuncta inspicere.

Quum vero, ingressi portam, ad fontem pedes lavarent, manticis depositis, præco proclamabat mille se drachmas numeraturum, furtorum præmium indicandorum quæ ex dei æde fuerant ablata.

His auditis agricola « Quam vanum » ait « iter feci! fures « enim alios quo deus deprendet modo, qui sui spoliatores « templi non cognoscit, quæritque mercede oblata illos num « quis noverit mortalium? »

Quod oporteat promissis non credere, quorum non videris data pignora.

2. A, ἐζήτει. Scripsi ἐπεζήτει, ut esset legitima versui mensura. Eadem verbi ζητεῖν syntaxis cum μὴ v. 16. Nec omittendum esse ἐπεζήτει sic in clausula Fab. 28, 3; 95, 92; et pariter periisse præpositionem ἀπὸ F. 6, 8.

3. Forsan, μή τις παρόντων.

6. Suidas : εὐήθης· βλὰξ, ἀνόητος, ἢ ἄχρηστος τὸ ἦθος.

11. A, κῆρυξ. Sic F. 72, 1.

In affabulatione videtur A habere εἰσιδες. Scripsi εἰσεῖδες. Esset εἴσιδες scripto vocabulo propius; sed hæc verbi forma hic loci vix placet.

Γ'.

ΑΙΠΟΛΟΣ ΚΑΙ ΑΙΞ.

Αἶγάς ποτ' εἰς ἔπαυλιν αἰπόλος χρῄζων
ἐπὶ σηκὸν ἄγειν θ', ὡς αἱ μὲν ἦλθον, αἱ δ' οὔπω,
μιᾶς ἀπειθοῦς ἐν φάραγγι τρωγούσης
κόμην γλυκεῖαν αἰγίλου τε καὶ σχίνου,
τὸ κέρας κατέαξε μακρόθεν λίθῳ πλήξας.
Τὴν δ' ἱκέτευε· « Μή, χίμαιρα συνδούλη,
« πρὸς τοῦ σὲ Πανὸς, ὃς νάπας ἐποπτεύει,
« τῷ δεσπότῃ, χίμαιρα, μή με μηνύσῃς·
« ἄκων γὰρ ηὐστόχησα, τὸν λίθον ῥίψας ».
Ἡ δ' εἶπε· « Καὶ πῶς ἔργον ἐκφανὲς κρύψω;
« τὸ κέρας κέκραγε, κἂν ἐγὼ σιωπήσω ».

Ὅτι τὰ δημοσίᾳ ἁμαρτηθέντα κατ' οὐδένα τρόπον χρὴ κρύπτειν.

Conf. Coray. Fabula p. 91, 346; et Milleriana in Notit. mann. t. 14, p. 240; Phædrus 6, 23.

1. A, αἶγά ποτ'. Scribendum fuit αἶγάς ποτ'.— Suidas : χρῄζω,... θέλω.

2. Suidas : σηκοὶ, αἱ τῶν βοσκημάτων ἐπαύλεις. Non caret vitio nominum ἔπαυλιν, σηκὸν, fere synonymorum junctura. Nec numeri placent, ἐπὶ σηκὸν ἄγειν θ', qui tamen tertio inde versu redeunt. Imo ob id ipsum displicent magis. Forsan scripserat auctor : ... χρῄζων Ἄγειν, ἐκαλεῖθ' · ὡς δ' αἱ μ... Est verbum ἀνεκαλεῖτο in collatis fabulis : αἰγοβοσκὸς τὰς αἶγας ἀνεκαλεῖτο πρὸς μάνδραν.

III.

CAPRARIUS ET CAPRA.

Capras quondam ad stabulum cupiens et præsepe caprarius agere, quum adessent aliæ, aliæ abessent adhuc, unius, quæ contumacior in convalle dulcem carpebat comam ægili schinique, cornu confregit, feriens eminus lapide.

Et illam rogabat supplex : « Ne, capella conserva, per ego « te Panem, qui saltus inspectat, ne domino, capella, ne me « prodideris ; quippe qui invitus dexterius sum jaculatus, « misso lapide.

Quæ contra « Ac qui rem », inquit, « celabo manifestam ? « Clamat cornu, quantumvis ipsa siluerim ».

Quod quæ fuerunt palam peccata nullo oporteat modo occulere.

4. Suidas : αἴγιλλος, εἶδος βοτάνης. Junxit poeta ægilum et schinum memor forsan Theocriti 5, 128 : Ταὶ μὲν ἐμαὶ κύτισόν τε καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι, Καὶ σχῖνον πατέοντι. Ibi scholium : κύτισος, αἴγιλος καὶ σχῖνος θάμνοι εἰσὶν οὓς ἐπινέμονται αἱ αἶγες. Interpres botanicus Theocriti ait σχῖνον esse lentiscum. Sed quis capras vidit pistaciam lentiscum tondentes ? Est in idyllio ac fabula herba vel frutex ; ni fallor tamen.

7. A, Πρὸς τοῦ σε Π. Visum est ob majorem obtestationis vim acuere pronomen.

Δ'.

ΑΛΙΕΥΣ ΚΑΙ ΙΧΘΥΣ.

Ἁλιεὺς σαγήνην, ἣν νεωστὶ βεϐλήκει,
ἀνείλετ᾽· ὄψου δ᾽ ἔτυχε ποικίλου πλήρης.
Τῶν δ᾽ ἰχθύων ὁ λεπτὸς εἰς βυθὸν φεύγων,
ὑπεξέδυνε δικτύου πολυτρήτου·
ὁ μέγας δ᾽ ἀγρευθεὶς εἰς τὸ πλοῖον ἡπλώθη.
Σωτηρία πως ἐστὶ καὶ κακῶν ἔξω
τὸ μικρὸν εἶναι· τὸν μέγαν δὲ τῇ δόξῃ
σπανίως ἴδοις ἂν ἐκφυγόντα κίνδυνον.

Ε'.

ΑΛΕΚΤΟΡΙΣΚΟΙ.

Ἀλεκτορίσκων ἦν μάχη Ταναγραίων,
οἷς θυμὸν εἶναί φασιν οἷον ἀνθρώποις.
Τούτων ὁ λειφθείς, τραυμάτων γὰρ ἦν πλήρης,
ἐκρύπτετ᾽ οἴκου γωνίην ὑπ᾽ αἰσχύνης.

Fab. IV. Conf. Coray. F. 154.—Affabulatio Corayanæ : τοὺς δὲ μεγάλους ὄντας τῇ δόξῃ σπανίως ἴδοις ἐκφεύγειν τὴν δίκην. Sic scripsit pro ἴδῃς quod repererat, tunc oblitus recentiores sic aoristo subjunctivi passim uti loco futuri; quod serius meminit p. νδ'. Sed fere puto, quum oratio reliqua sit probe græca, ἴδῃς esse mendum calami, rescribendumque ἴδοις, iotacismo favente, addito etiam ἄν, quod fuerit omissum casu.

Fab. V. Conf. Coray. F. 145, p. 87, 343; Knochii Frag. 39.

1. Versus duo primi exstant in Suidæ Lexico V. Ταναγραῖοι ἀλεκτορίσκοι· οἱ μαχηταὶ καὶ θυμικοὶ ὡς ἄνθρωποι. Βάϐριος.

2. Suidas alio ordine : Οἷς φασιν εἶναι θυμὸν ὥσπερ ἀνθρώποις. Firmat vocabulum οἷον fabula secunda Corayi : ἀλέ-

IV.

PISCATOR ET PISCIS.

Piscator sagenam, quam recens jecerat, extraxit. Obsonii autem erat varii referta.

Ast piscium minutus quisque effugit in altum, e rete clam elapsus multiforo, dum captivus quicumque magnus in navicula jacuit extentus.

Salus fit quodammodo et malorum effugium parvitas; qui autem magnus est opinione vulgi, eum raro videbis periculum effugere.

V.

PULLI GALLINACEI.

Pullorum gallinaceorum certamen erat Tanagræorum, quibus animum esse dicunt qualem hominibus.

Illorum qui victus fuit, vulneribus quippe coopertus, præ pudore angulum in domo quæsivit ubi deliteret.

κτορες δύο δι' ὄρνεις ἐμάχοντο, οὓς λέγουσι θυμὸν ἔχειν οἷον ἀνθρώπων. Plinius H. N. 10, 24, 2, de gallinaceis : « Ex his quidam ad bella tantum et prælia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum aut Tanagram ». Ibi Harduinus.

3. Verbo λειφθεὶς pro scholio sint synonyma ἡττηθεὶς, νικηθεὶς, Corayanarum. Cf. F. 69, 3.

4. Collatio fabularum Corayanarum eo ducit ut γωνίῃ scriptum esse putes, ni obstaret hiatus. Accusativus intelligendus cum ellipsi præpositionis, propter motum, non latentis pulli, sed avolantis ut in angulo se recipiat. Ælianus H. A. 4, 29, de gallinaceo victo : καταδύεται ὑπὸ τῆς αἰδοῦς. Ibi Jacobsius καταδύεσθαι ὑπὸ τῆς αἰσχύνης excitat ex Xenophonte.

Ὁ δ' ἄλλος εὐθὺς εἰς τὸ δῶμα πηδήσας,
ἐπικροτῶν τε τοῖς πτεροῖς ἐκεκράγει.
Καὶ τὸν μὲν ἀετός τις ἐκ στέγους ἄρας,
ἀπῆλθ'· ὁ δ' ἄλλος ἀμφίβαινε θηλείαις,
ἀμείνονα σχὼν τἀπίχειρα τῆς ἥττης.
Ἄνθρωπε, καὶ σὺ μή ποτ' ἴσθι καυχήμων,
ἄλλου πλέον σε τῆς τύχης ἐπαιρούσης·
πολλοὺς ἔσωσε καὶ τὸ μὴ καλῶς πράττειν.

ϛ'.

ΑΛΙΕΥΣ ΚΑΙ ΙΧΘΥΔΙΟΝ.

Ἁλιεὺς θαλάσσης πᾶσαν ἠόνα ξύων,
λεπτῷ τε καλάμῳ τὸν γλυκὺν βίον ζώων,
μικρόν ποτ' ἰχθὺν ὁρμιῆς ἀφ' ἱππείης
ἤγρευσεν ἐκ τῶν εἰς τάγηνον ὡραίων.
Ὁ δ' αὐτὸν οὕτως ἱκέτευεν ἀσπαίρων·
« Τί σοι τὸ κέρδος; ἢ πόσου με πωλήσεις;
« οὐκ εἰμὶ γὰρ τέλειος· ἀλλά με πρῴην
« πρὸς τῆδε πέτρῃ φυκὶς ἀπέκυσεν μήτηρ.

5. Est δῶμα tectum; cf. v. 7. Fabula Corayana tertia : ἐπὶ στέγους ἀρθείς. In alia Fabula Cor. 139, p. 141, 337 : ἔριφος ἐπί τινος δώματος ἑστώς. Vide Alberti Observ. ad Matth. 24, 18.

6 Plinius l. l. : « Quod si palma contingit, statim in victoria canunt, seque ipsi principes testantur; victus occultatur silens ». Ibi Harduinus.

8. Poetaster politicus fabulæ Corayanæ p. 344 : Ὁ δὲ ἕτερος, ἐλευθερίως ζήσας, Ἤγετο οὕτως ἐν ἀδείᾳ τυγχάνων. Proponit Corayus pro ἤγετο legendum ἥλλετο. Propono, ἥδετο.

9. Suidas V. Τἀπίχειρα· τὸν μισθὸν, τὰς ἀμοιβάς· Ἀμείνονα ἔχων..., et fontem indicat, ἐν μυθικοῖς. Qui præclare divinaverat ad fabulam de gallis hunc versum pertinere, Tyrwhittus metro consulebat legens p. 64, Ἀμείνον' ἀπέχων, non ἀνέχων, quod refert Knochius. Ipse melius correxit : Ἔχων ἀμείνονα... Sed Apographi lectio secat rem. Reperitur id vocabulum et in alia fabula apud

Alter contra in tectum statim facto saltu, alisque complosis, cucurriebat. Quem aquila rapiens e tecto, abiit.

Ast ille fœminas circumibat, meliorem sortitus cladis mercedem.

Homo, et tu nunquam sis verbis jactantior, si quando fortuna alio te sustulerit altius. Multis saluti fuit adversis quoque rebus exerceri.

VI.

PISCATOR ET PISCICULUS.

Piscator maris passim litus radens, ac tenui calamo dulcem sustentans vitam, parvum quondam piscem seta cepit equina, eorum qui sunt in sartaginem idonei.

Piscis autem illum sic precabatur palpitans : « Quid inde « lucri tibi? aut quanti me vendes? Statura enim mihi nondum « est perfecta, quippe quem nuper ad hancce rupem phycis

Corayum p. 23, 4 : εἰ γὰρ αὖθις ἐνταῦθα εἰσέλθῃς, ἐγώ σοι τὰ τῆς ἁρπαγῆς ἐπιδείξω ἐπίχειρα. — « Meliorem sortitus cladis mercedem », quam rivalis sortitus erat victoriæ.

11. A, ἄλλου σε πλέον. Transposui propter metrum.

F. VI. Conf. Coray. Fab. 124, p. 67, 326 ; Avianus Fab. 20.

1. A, ἠϊόνα. Rescribendum fuit ᾐόνα, metro jubente. Suidas : Ἠϊὼν, ὁ αἰγιαλός· ἠϊόνα, αἰγιαλόν, ὄχθην.

2. A, λεπτῷ καλάμῳ. Inserui τε, fulciendo versui. Suidas : ζώων, ζῶν. Epithetum γλυκὺν non exspectabam quidem, κακὸν potius ex Moscho 5, 9.

3. Est ὁρμιὴν, ὁρμιῇσι producto iota in Oppiani Hal. 3, 75, 78, ubi forsan scribendum ὁρμειὴν, ὁρμειῇσι. Scriptum est ὁρμειαὶ in Theocriti Id. 21, 11, idque sine varietate, ut videtur.

4. A, ὡραῖον, quod mutavi.

5. A, ὁ δ' αὐτὸς οὗτος. Visum est rescribere, ὁ δ' αὐτὸν οὕτως. Fabulæ collatæ : σμικρὰ δὲ οὖσα (scilicet capta σμαρίς) ἱκέτευεν αὐτόν.

8 A, φυκὶς ἔχυσε. Scripsi metri causa, φυκὶς ἀπέκυσεν. Vide F. 2, n. 2.

« Νῦν οὖν ἄφες με· μὴ μάτην ἀποκτείνῃς.
« Ἐπὴν δὲ, πλησθεὶς φυκίων θαλασσείων,
« μέγας γένωμαι, πλουσίοις πρέπων δείπνοις,
« τότ᾽ ἐνθάδ᾽ ἐλθὼν ὕστερόν με συλλήψῃ. »
Τοιαῦτα μύζων ἱκέτευε καὶ σπαίρων·
ἀλλ᾽ οὐκ ἔμελλε τὸν γέροντα θωπεύσειν.
Ἔφη δὲ πείρων αὐτὸν ὀξείῃ σχοίνῳ·
« Ὁ μὴ τὰ μικρὰ, πλὴν βέβαια, τηρήσας,
« μάταιός ἐστιν, ἂν γ᾽ ἄδηλα θηρεύῃ.

Ζ′.

ΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΟΝΟΣ.

Ἄνθρωπος ἵππον εἶχε. Τοῦτον εἰώθει
κενὸν παρέλκειν· ἐπετίθει δὲ τὸν φόρτον
ὄνῳ γέροντι. Πολλὰ τοιγαροῦν κάμνων,
ἐκεῖνος ἐλθὼν πρὸς τὸν ἵππον ὡμίλει·
« Ἄν μοι θελήσῃς συλλαβεῖν τι τοῦ φόρτου,
« τάχ᾽ ἂν γενοίμην σῶος· εἰ δὲ μὴ, θνήσκω. »
Ὁ δ᾽ « Οὐ προάξεις »; εἶπε· « μὴ δ᾽ ἐνοχλήσῃς ».
Εἷρπεν σιωπῶν· τῷ κόπῳ δ᾽ ἀπαυδήσας
πεσὼν ἔκειτο νεκρὸς, ὡς προειρήκει.
Τὸν ἵππον οὖν παρ᾽ αὐτὸν εὐθέως στήσας
ὁ δεσπότης, καὶ πάντα τὸν γόμον λύων,

10. Suidas : Φυκία,... βρύα. Α, θαλασσίων. Iotacismus ducebat ad correctionem quam feci. Malim fere θαλασσαίων.

13. Suidas : ἀπὸ τοῦ μῦ παρῆκται τὸ μύζειν... μύζειν δέ ἐστι τὸ τοῖς μυκτῆρσιν ποιὸν ἦχον ἀποτελεῖν. Quum sint muti pisces, non fatur Babrii piscis, sed μύζει, sed mugit. Fontainius V, F. 3 : « Le

« genuit mater. Nunc igitur me sinas abire, neque occidas in-« cassum. Ast, quum, marina fartus alga, factus ero grandior, « beatisque jam cœnis idoneus, tunc huc veniens serius me « capies ».

Talia mussitans rogabat saliensque. Sed non erat senecionem blanditiis decepturus, qui, acuto illum junco trajiciens, sic est fatus : « Qui parva quidem, at certa, non servavit, « stolidus est, incerta si venetur ».

VII.

EQUUS ET ASINUS.

Homo quidam equum habebat, quem vacuum protrahere solitus, vetulo sarcinam imponebat asino.

Hic igitur, valide exercitus labore, ad illum accessit, dixitque: « Si mihi voles aliquam oneris partem assumere, forsan evase-« rim salvus ; quod si noles, morior ».

Ast equus « Nonne procedes »? ait. « Nec sis molestus « mihi ». Et procedebat asinus silens; tum lassitudine confectus cecidit, jacuitque mortuus, ut prædixerat.

Ergo propter asinum ocyus equum dominus collocans, to-

pauvre carpillon lui dit *en sa manière* ».

14. Suidas : θωπεύει, αἰτιατικῇ· ἀπατᾷ.

Fab. VII. Conf. Coray. F. 125, p. 68, 327 ; Knoch. Fragm. 31; Plutarch. Præc. Sanit. c. 25.

7. A, προάξεις εἶπε μὴδ' ἐνοχλήσῃς ;

8. A, εἶρπε. Feci spondæum.

ἐπ' αὐτὸν ἐτίθει, τὴν σάγην τε τοῦ κτήνους,
καὶ τὴν ὀνείην προσεπέθηκεν ἐκδείρας.
Ὁ δ' ἵππος « Οἴμοι τῆς κακῆς » ἔφη, « γνώμης!
« Οὗ γὰρ μετασχεῖν μικρὸν οὐκ ἠβουλήθην,
« τοῦτ' αὐτό μοι πᾶν ἐπιτέθεικεν ἡ χρεία. »

Η'.

ΑΡΑΨ ΚΑΙ ΚΑΜΗΛΟΣ.

Ἄραψ κάμηλον ἀχθίσας ἐπηρώτα,
πότερ' ἀναβαίνειν μᾶλλον, ἢ κάτω βαίνειν
αἱροῖτο. Χὼ κάμηλος, οὐκ ἄτερ μούσης,
εἶφ'· « Ἡ γὰρ ὀρθὴ τῶν ὁδῶν ἀπεκλείσθη »;

Ὁ λόγος εὔθετος πρὸς ἄνδρας διεστραμμένους τῆς εὐθείας ὁδοῦ ἐκκλίνοντας.

12. Suidas : σάγη, τὸ τοῦ ὄνου ἐπίθεμα· « ἐπ' αὐτὸν ἐτίθει τὸν γόμον, τὴν σάγην τε τοῦ κτήνους. » Idem : « Ὀνεία, ἡ τοῦ ὄνου δορά· » τὴν σαγήν τε τοῦ κτήνους Καὶ τὴν ὀνείαν προσεπέθηκεν τοῦ κτήνους ». Βάβριός φησιν. Tyrwhittus, Corayus, Huschkius in Miscellaneis Matthiæ p. 11, et Knochius, quem vide p. 176, ὀνείαν admiserunt, neque potuerunt aliter. A, ὀνείην, ionice, quod præstat.

16. A, οὐ.

tamque solvens sarcinam, huic eam imposuit, clitellasque etiam jumenti; cujus et pellem superaddidit a se detractam cadaveri.

Tunc equus « Hei mihi »! inquit; « Ah perversam sententiam « meam! cujus etenim levem nolui partem subire, onus illud « ipsum mihi totum imposuit necessitas ».

VIII.

ARABS ET CAMELUS.

Arabs imposita camelum sarcina interrogabat, utrum ascendere potius, an descendere mallet.

Cui camelus, non sine sapientia, « Numnam recta », inquit, « occlusa est via »?

Hominibus est conveniens narratio perversis et a recta declinantibus via.

Fab. VIII. 1. Comparanda forma ἀχθήσας, apud Hesychium, cum interpretatione γομώσας, ἤγουν πληρώσας. Verbum ἀχθίζω nondum innotuisse videtur.

3. Οὐκ ἄτερ μούσης, non sine judicio, non sine prudentia, non sine acumine. Suidas : μοῦσα, γνῶσις. Atque Hesychius : μοῦσα, τέχνη.

4. A sine interrogatione, quam apposui.

In affabulatione forsan καὶ τῆς scribendum.

Θʹ.

ΑΛΙΕΥΣ ΑΥΛΩΝ.

Ἁλιεύς τις αὐλοὺς εἶχε, καὶ σοφῶς ηὔλει.
Καὶ δήποτ᾽ ὄψον ἐλπίσας ἀμοχθήτως
πολὺ πρὸς αὐλῶν ἡδυφωνείην ἥξειν,
τὸ δίκτυον θεὶς ἐτερέτιζεν εὐμούσως.
Ἐπεὶ δὲ φυσῶν ἔκαμνε καὶ μάτην ηὔλει,
βαλὼν σαγήνην, ἔλαβεν ἰχθύας πλείστους.
Ἐπὶ γῆς δ᾽ ἰδὼν σπαίροντας ἄλλον ἀλλοίως,
τοσαῦτ᾽ ἐκερτόμησε, τὸν βόλον πλύνων·
« Ἄναυλα νῦν ὀρχεῖσθε· κρεῖσσον ἦν ὑμᾶς
« πάλαι χορεύειν, ἡνίκ᾽ εἰς χοροὺς ηὔλουν ».
Οὐκ ἔστιν ἀπόνως οὐδ᾽ ἀλύοντα κερδαίνειν·
ὅταν βαλὼν δὲ τοῦθ᾽ ἕλῃς ὅπερ βούλει,
τοῦ κερτομεῖν σοι καιρός ἐστι καὶ παίζειν.

Ὁ μῦθος λέλεκται πρὸς τοὺς ματαίως παρὰ τὸ δέον τι ἐργαζομένους.

Conf. Fab. Coray. 130, p. 72, 331; Milleriana p. 253.

3. Fabula collata : τὸ μὲν πρῶτον ἥδετο, νομίζων πρὸς τὴν ἡδυφωνίαν τοὺς ἰχθύας ἐξελεύσεσθαι. Mutatum fuit ἥδετο in ᾖδετο. Sed media vox ᾄδομαι in tali oratione valde insolens est. Servari bene ἥδετο potuit, sibi scilicet placebat, arte musica utens; vel periit participium : ἥδετο αὐλῶν, ἥδετο φυσῶν.

4. A ἠτέριζεν. Correxi secure, ἐτερέτιζεν. Etymologicum M. : τερετίζω, τὸ μουσικῶς φωνῶ. In eamdem correctionem incidit Μηνᾶς vir doct., qui id verbum in Platone se legisse putat.

7. A, δὲ ἰδὼν ἀσπαίροντας, quod mu-

IX.

PISCATOR TIBICEN.

Piscator quidam tibias habebat quibus docte canebat. Atque ideo obsonium sperans amplum, suo sine labore, suavi tibiarum adfore excitum sono, rete deposito, modulate cantillabat.

At quum sufflando buccas delassaretur et frustra tibicinaret, jacta sagena, pisces cepit quam plurimos; humi quos cernens alium alio palpitantes modo, sic est cavillatus, jactum dum lavat retis : « Saltatis nunc sine tibia. Satius fuit vos saltare « pridem, quando choris præibam tibia. »

Non est ut sine labore et otiose vagans lucrum facias. At quum ictu certo præda potiere cupita, tunc dicere dicteria tempus erit ac ludere.

In eos narrata fabula fuit, qui incassum aliquid agunt et secus quam oportet.

tavi metri causa. Est usus verbo σπαίρω Fab. 6, 13; ἀσπαίρω, F. 6, 5.

9. A, ὀρχεῖσθαι. Quam feci mutationem jubebat lex metrica. Similis sonus vocalium αι et ε id mendum pepererat.

12. A, τοῦτο θέλῃς. Descriptor vir doct. proposuit τοῦτο λάβῃς. Puto me correctionem fecisse faciliorem.

13. A, τὸ κερτομεῖν. Scripsi τοῦ κ.

In affabulatione prosa malim adesse καὶ ante παρὰ, idque repræsentavi in latinis.

Ι΄.

ΔΟΥΛΗ ΚΑΙ ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

Αἰσχρᾶς τις ἤρα καὶ κακοῤῥύπου δούλης
ἰδίας ἑαυτοῦ, καὶ παρεῖχεν αἰτούσῃς
ἅπανθ' ἑτοίμως. Ἡ δὲ, χρυσίου πλήρης,
σύρουσα λεπτὴν πορφύραν ἐπὶ κνήμας,
πάσῃ μάχην συνῆπτεν οἰκοδεσποίνῃ.
Τὴν δ' Ἀφροδίτην, ὥσπερ αἰτίην τούτων,
λύχνοις ἐτίμα, καὶ καθ' ἡμέραν πᾶσαν
ἔθυεν, ηὔχεθ', ἱκέτευεν, ἠρώτα·
ἕως πότ' αὐτῶν ἡ θεὸς καθευδόντων,
ἦλθεν καθ' ὕπνους, καὶ φανεῖσα τῇ δούλῃ,
« Μή μοι χάριν σχῇς ὡς καλήν σε ποιούσῃ·
« τούτῳ κεχόλωμαι » φησίν, « ᾧ καλὴ φαίνῃ ».
Ἅπας ὁ τοῖς αἰσχροῖσιν ὡς καλοῖς χαίρων,
θεοβλαβής τίς ἐστι καὶ φρένας πηρός.

Conf. Fabula Ignatii apud Corayum p. 228; Knochii Fragm. 22.

1. Suidas : ἤρα· ἐπεθύμει, ἐγλίχετο, ἐρωτικῶς εἶχεν· « Αἰσχρᾶς τις ἤρα καὶ κακοτρόπου δούλης ». Multum præstat lectio κακοῤῥύπου. Amare puto difficilius esse κακόῤῥυπον quam κακότροπον δούλην.— Est in libris Suidæ pro αἰσχρᾶς varietas σαπρᾶς, quam « non spernebat » Tyrwhitt. p. 59. Vide Knoch.

2. A, ἰδίας αὐτοῦ. Scripsi propter metrum, ἰδ. ἑαυτοῦ. Ac forsan legendum αἰτούσῃ. Nasci potuit σης ex male formata syllaba σηι.

5. Videtur esse πάσῃ intelligendum cum ellipsi nominis τέχνῃ, μηχανῇ. Suidas : πάσῃ μηχανῇ, ἀντὶ τοῦ κατὰ παντὸς τρόπου· πάσῃ τέχνῃ, ἐκ παντὸς τρόπου. Vel subaudiri potest προφάσει. Nota formula ἐπὶ πάσῃ προφάσει : vide notas ad

X.

ANCILLA ET VENUS.

Turpem quidam ac male sordidam ancillam ardebat suam, et poscenti præbebat cuncta paratissime; quæ abundans auro, tenuemque filo trahens circa suras purpuram, quavis occasione pugnam dominæ familias conserebat.

Venerem autem utpote felicitatis auctorem incensis lychnis honorabat, et, nulla non die sacrificans, precabatur, supplicabat, rogabat, donec tandem ambobus una dormientibus adstitit per somnos dea; et, ancillæ visa ante oculos, « Ne mihi « gratiam referas quasi te pulcram fecerim : isti » inquit, « suc- « censeo cui pulcra videris ».

Quicumque turpibus gaudet ut pulcris, est divinitus mente percussus nec integer animi.

Aristænetum p. 482. Fronto Epist. p. 59: ἔπειτα δὲ καὶ ὑμῶν ἐμεμνήμην καὶ ὠνόμαζον ὑμᾶς ἐν τῷ συγγράμματι, ὥσπερ οἱ ἐρασταὶ τοὺς φιλτάτους ἐπὶ πάσῃ . Addidit vir eximius τιμῇ pro voce quæ in codice nunc non potuit legi. Quam correctionem Heindorfius merito improbans, proposuit ipse σελίδι, nec illam bonam. Malim ἐπὶ πάσῃ προφάσει. Cum σελίδι, præpositio ἐν, non ἐπὶ, fuerit scribenda, vel propter symmetriam: ἐν συγγράμματι..... ἐν πάσῃ σελίδι.

9. Malit Μηνᾶς : Ἕως ποτ' αὐτῆς ἡ θεὸς καθευδούσης· probabilius, ni fallor, quam verius. Quum dea τούτῳ κεχόλωμαι dicit ᾧ καλὴ φαίνῃ, videtur et servam pellicem et herum simul reperisse jacentes.

10. A, ἦλθε. Spondæum feci.

13. A, αἰσχροῖς. Antibacchium feci.

ΙΑ΄.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΚΑΙ ΑΛΩΠΗΞ.

Ἀλώπεκ' ἐχθρὰν ἀμπέλων τε καὶ κήπων
ξένῃ θελήσας περιβαλεῖν τις αἰτίῃ,
τὴν κέρκον ἅψας, καὶ λίνον τι προσδήσας,
ἀφῆκε φεύγειν. Τὴν δ' ἐπίσκοπος δαίμων
ἐς τὰς ἀρούρας τοῦ βαλόντος ὡδήγει
τὸ πῦρ φέρουσαν. Ἦν δὲ ληΐων ὥρη
καὶ καλλίπαις ἄμητος ἐλπίδων πλήρης.
Ὁ δ' ἠκολούθει τὸν πολὺν κόπον κλαίων·
οὐδ' εἶδεν αὐτοῦ τὴν ἅλωνα Δημήτηρ.
Χρὴ πρᾶον εἶναι μηδ' ἄμετρα θυμοῦσθαι.
Ἔστιν τὶς ὀργῆς Νέμεσις, ἣν φυλαττοίμην,
αὐτοῖς βλάβην φέρουσα τοῖς δυσοργήτοις.

Conf. Corayanæ Fab. 163, p. 99, 352.

1 Compara γεράνους σποραίων πολεμίας, Fab. 13, 1.

2. Est hic αἰτίῃ pro βλάβῃ, significatione non valde frequente.

4. Puto ἐπίσκοπον δαίμονα Δίκην esse vel Νέμεσιν. Babrius Fab. 43, 6 : Παρῆν δὲ Νέμεσις ἣ τὰ γαῦρ' ἐποπτεύει, vel ἣ τὰ γῆς ἐποπτεύει, ut est in varietate. Conf. infra v. 11.

XI.

HOMO ET VULPES.

Vulpem vinearum hostem et hortorum inaudita quidam cupiens involvere calamitate, incensam ad caudam fasce alligato lineo, dimisit in fugam.

At quod res hominum inspicit numen in agros illam illius direxit qui miserat, flammas secum ferentem.

Aderat autem segetum tempestas, speque plena pulcrarum æstas mater spicarum.

Et homo sequebatur magnum deflens laborem; neque benignis ejus aream oculis respexit Ceres.

Oportet esse mansuetum nec immodice irasci. Est quædam iræ Nemesis (a qua utinam caveam!), illos afficiens malo qui gravius irascuntur.

6. A, φεύγουσαν. Quod, quum metro adversaretur, mutavi in φέρουσαν.

7. A, ἀμητός. Suidas : ἀμητὸς, αὐτὰ τὰ τεθερισμένα, ὀξυτόνως, οἷον ὁ σταχύς· προπαροξυτόνως δὲ ἄμητος, ὁ καιρὸς τοῦ θέρους, ἐν ᾧ δεῖ ἀμᾶν. Hinc scribendum videbatur ἄμητος, quod fuerit synonymon τῆς ληΐων ὥρας, quum non messis, sed ipsa æstas messi matura possit dici καλλίπαις. Cf. F. 19, 5.

8. A, ὅδ'. Malui ὁ δ'. Fabula Corayana : ὁ δ' ἠκολούθει θρηνῶν.

ΙΒʹ.

ΑΗΔΩΝ ΚΑΙ ΧΕΛΙΔΩΝ.

Ἀγροῦ χελιδὼν ἐξεπωτήθη μακράν.
Εὗρεν δ' ἐρήμοις ἐγκαθημένην ὕλαις
ἀηδόν' ὀξύφωνον· ἡ δ' ἀπεθρήνει
τὸν Ἴτυλον ἄωρον ἐκπεσόντα τῆς ὥρης.
Ἐκ τοῦ μέλους δ' ἔγνωσαν αἱ δύ' ἀλλήλας·
καὶ δὴ προσέπτησάν τε καὶ προσωμίλουν.
Ἡ μὲν χελιδὼν εἶπε· « Φιλτάτη, ζῴοις.
« Πρῶτον βλέπω σε σήμερον μετὰ Θρᾴκην.
« Ἀεί τις ἡμᾶς πικρὸς ἔσχισεν δαίμων·
« καὶ παρθένοι γὰρ χωρὶς ἦμεν ἀλλήλων.

Conf. Coray. Fab. 149, p. 87, 90, 346; Knochii Fab. prima p. 52.

1. A, μακρὰν ἐξεπωτήθη. Nec alio ordine editiones. Non offendebat Tyrwhittus ad spondæum quartæ sedis, nec Corayus. Sed ille fuit metricæ peritissimus, hic passim ostendit se talia vix intelligere, politicos versus, nec omnes bonos, pro bonis choliambicis lectoribus proponens. Knochius verba transposuit, et eum fui sequutus. Posset quidem scribi μακρὸν ἐξεπωτήθη, et memini in versu Ajacis 1039, Μὴ τεῖνε μακρὰν, ἀλλ' ὅπως κρύψεις τάφῳ, repertam fuisse varietatem μακρόν. Sed ἀγροῦ μακρὸν minus haberet proprietatis. Lectionem Aldinam ἐξεποτήθη mutandam viderat Tyrwhittus Dissert. p. 49, in ἐξεπωτήθη, quod jam exhibebat Frobeniana anni 1530, p. 250.

2. Suidas : ἐγκάθηνται, ἐγκεχρυμμένοι εἰσίν.

4, Olim, τὸν Ἴτυν. Quod nomen habet Gregorius Naz. in ejus fabulæ eleganti enarratione Epist. 1 : Τὴν ἐκτομὴν τῆς γλώττης, τὰ γράμματα, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν Ἴτυν· male omissis verbis τῆς γλώττης in codice 2991 A. Non fuit causa cur lectionem novam repudiarem. Est Ἴτυλος Homericum pueri nomen. Nec numerorum successio omnino displicet. Ferme malim non lusisset circa parilia vocabula ἄωρον ὥρης. Corayus tamen pessimo consilio recepit Tyrwhitti conjecturam ζωῆς. Est ὥρης pro νεότητος, ἥβης.

5, 6, nondum noti erant.

7, Edit. χὴ μὲν, χ. φησί. A, ἡ μ. χ. εἶπε, φ. A, ζώεις. Olim, ζώοις. Quod mutavit Tyrwhittus in χαίροις temere, recepitque temere Corayus. Non crediderunt viri doct. posse ζώοις pro verbo salutandi haberi. Memorat Knochius Westonis conjecturam σώοις, qui fir-

XII.

LUSCINIA ET HIRUNDO.

Procul ab agro evolavit Hirundo. Reperit autem desertis insidentem silvis argutam Lusciniam, quæ deflebat Itylum ante tempus excidentem dulcissimo tempore vitæ.

Ex cantibus altera agnovit alteram; ideoque simul advolantes una confabulabantur. « Vivas, dilectissima », dixit Hirundo. « Hodie primum video te post Thraciam. Nos semper dira « quædam disjunxit fortuna. Virgines si quidem fuimus sepa-

mari eam putavit loco Nonni, σώζεο, πέτρη. Sed hoc sensu proba vox passiva, non activa. Nonnus alio loco Dion. 4, 186 : Σώζεο, παρθενίη. Knochius scripsit nulla mutatione literarum, sed sententiæ maxima, φιλτάτη ζῴοις « gratissima animalibus » ; idque omnino male. Est ζῴοις salutatio. Sæpius reperitur formula orationis orientalis, ζῆθι, de qua vide n. ad Anecdota mea Græca t. 3, pp. 24, 245. Posset et ζῴης scribi, indicium faciente iotacismo, qua de optativi forma vide Anecdota mea Nova t. 1, p. 12.

8, Μετὰ Θρᾴκην, ut et v. 21, μετὰ τὰς Ἀθήνας. Rochefortus in Notit. mann. t. 2, p. 698, notat modeste a sensu vocabulorum μετὰ Θρᾴκην aberravisse Tyrwhittum, et scite comparat aptissimam conversionem Fontainii, « depuis le temps de Thrace ». Tyrwhittum etiam confutavit addito nostri fabulatoris præconio Thurotus Mercurio Franciæ a. 1811 aprili p. 15. Himerius Orat. 22, 4 : Θερσίτης δὲ ἄρα μῶμος (melius μῶκος codex, et velim ὁ μῶκος) Ὁμήρῳ οὐ τέτρωται· οὐ γὰρ εἶχεν οὐδὲν δι' οὗ λυπήσῃ (codex λυπή^{σ}· lego λυπήσει) τὸν φθόνον· ἀλλὰ « τέτλαθι δὴ κραδίη », σοφὸς ἀνὴρ μετὰ Κύκλωπας καὶ Λαιστρυγόνας καὶ θάλασσαν· « post pericula Cyclopum ac Læstrygonum atque maris ». Nec semel tali brevitate usus est Himerius notante Wernsdorfio p. 41. Libanius t. 4, p. 1014 de Achille : καὶ μετὰ Πηλέως ὁ θάλαμος, καὶ μετὰ ἱππικὴν ἱστουργία παρθένων. Conjecit optime Reiskius μετὰ Πήλιον, quod exhibet codex parisinus. Idem p. 119 : ἐπανήρχου δὲ μετὰ Τροίαν. Adde Jacobs. ad Philostr. Icon. p. 243, ad Ælian. p. 223, ad Anthol. Pal. 10, 71; Peerlkamp. ad Anacr. p. 162; Iahn. Symb. 30; ac mea, si sit tanti, ad Philostr. Her. p. 42, ad Plan. Metamorph. p. 544.

9, 10, absunt ab editis. A, ἔσχισε. Creticum feci.

« Ἀλλ' ἔλθ' ἐς ἀγρὸν καὶ πρὸς οἶκον ἀνθρώπων·
« σύσκηνος ἡμῖν καὶ φίλη κατοικήσεις.
« Ὕπαιθρον ὕλην λεῖπε καὶ παρ' ἀνθρώποις
« ὁμώροφόν μοι δῶμα καὶ στέγην οἴκει.
« Τί σε δροσίζει νυκτὸς ἔννυχος στίβη,
« καὶ καῦμα θάλπει, πάντα δ' ἀγρῶτιν τήκει;
« Ἄγε δὴ σεαυτὴν, σοφὰ λαλοῦσα, μήνυσον ».
Τὴν δ' αὖτ' ἀηδὼν ὀξύφωνος ἠμείφθη·
« Ἔα με πέτραις ἐμμένειν ἀοικήτοις·
« καὶ μή μ' ὀρεινῆς ὀργάδος σὺ χωρίσσῃς.
« Μετὰ τὰς Ἀθήνας ἄνδρα καὶ πόλιν φεύγω·
« οἶκος δέ μοι πᾶς χὴπίμιξις ἀνθρώπων
« λύπην παλαιῶν συμφορῶν ἀναξαίνει. »
Παραμυθία τίς ἐστι τῆς κακῆς μοίρης
λόγος σοφὸς, καὶ μοῦσα, καὶ φυγὴ πλήθους·
λύπη δ', ὅταν πάλαι τις εὐσθενῶν ὀφθῇ
τούτοις ταπεινὸς αὖθις οἷς συνοικήσῃ.

Ὅτι συμφέρει τῷ ἠδικημένῳ πόῤῥω γενέσθαι τῶν εἰς ἀνάμνησιν αὐτὸν φερόντων κακῶν.

11. Post hunc versum editiones alium addunt quo caret A : Ὅπου γεωργοῖς κοὐχὶ θηρίοις ᾄσεις. Quem non in ordinem recepi, quod edita Fabula ad aliam Babriani opusculi recensionem pertinere videatur. Ceterum in Babrio non me fuisset morata forma futuri ᾄσεις, quam Knochius exemplis firmat quidem, sed non omnino idoneis. Nam quid Theognidi, Theocrito et Babrio cum atticismo tragico? Nuper Rhesum Euripideam ex recensione Bothiana quum legerem, mirabar valde v. 929, Βαιὸν δὲ πένθος τῆς θαλασσίας θεοῦ Ἄσω· et inspecta viri d. notula miratus sum magis factam fuisse tam inutilem ac perversam editi verbi οἴσω mutationem, quum sit πένθος φέρειν formula valde usitata et huic loco aptissima. Dicit Musa se Thetidis marinæ luctum esse laturam, sed eum levem quidem nec graviorem. Displicet etiam sumi βαιὸν adverbialiter, quod vir d. suadet. Nullus fuit olim spectator, qui non jungeret mente βαιὸν πένθος, nullus nunc lector, qui ea vocabula non statim connectat. Si voluisset adverbium poeta, scripsisset βαιῶς, vel βαιοῦ, quæ fuit opinatio Reiskii, ne cùm βαιὸν sententia fieret obscurior, ita ut eam nemo auditam vel lectam intelligat protinus.

13, 14, 15, 16, 17, non sunt in libris editis.

13. Suidas : Ὑπαίθριον, ὑπὸ τὸν ἀέρα· καὶ ὕπαιθρον ὁμοίως.

« ratæ seorsum. Sed agrum deveni hominumque domicilium, « ubi contubernalis nobis et amica commoraberis. Subdialem « relinque vitam, et apud homines sub eodem tecto tegulisque « habita sub eisdem. Quid te nocturna irrorat noctu pruina, « et urit æstus, cunctaque silvestrem macerant? Eia age, te « ipsam prudente sermone qualis sis ostende ».

Cui vicissim arguta Luscinia respondit : « In rupibus sine « remaneam desertis, neque me montanis abducas saltibus. « Post Athenas, hominem fugio, fugio et urbem. Mihi do- « mus omnis mortaliumque commercium dolorem pristinarum « redulcerat calamitatum ».

Solamen quoddam est adversi fati sermo sapiens, ac Musa turbæque fuga ; mœstitia vero, si aliquis, olim fortuna florens, humilis rursus coram illis appareat quibuscum est habitaturus.

Quod illi prosit injuriam qui passus est procul a rebus abesse quæ memoriam refricant malorum.

15. A, στείβη. Scripsi ex usu στίβη. Suidas : στίβη, πηγυλὶς ἢ πάχνη. Non placet νυκτὸς ἔννυχος. Malim, σε ... ἔννυχον.

16. A, ἀγρώτην. Est ἀγρότης Fab. 13, 1 ; 34, 1 ; 37, 5; ἀγρώστης Fab. 116, 2. Ut me expedirem e sententia non nitida, scripsi ἀγρῶτιν. Malim etiam ἀγρῶστιν. Forsan et πάντα τ'. Vel, θάλπει; πάντα δ' (aut σ') ἀγρῶστιν τήκει.

20, 21, absunt ab editis. A, ὀρχάδος. Rescripsi ὀργάδος. Est ὀρχάδος alienum. Suidas : ὀργὰς, τὰ λοχμώδη καὶ ὀρεινὰ χωρία καὶ οὐκ ἐπεργαζόμενα οὕτως καλεῖται. Statim A χωρίσης. Scripsi χωρίσσης. Maluissem reperire χώριζε. Est ἀμέσσων Fab. 107, 7; ποσσὶν 19, 4; 45, 11.

22. A, καὶ ἐπίμιξις. Rescripsi melius puto, χἠπίμιξις. Editi, ἥ τε μίξις. Brunckius, qui hunc apologum inseruit Analectorum Emendationibus p. 311, edidit nescio unde, ἡ 'πίμιξίς τ' ἀνθρώπων· ex sua forsan, et tacita, ut solet, conjectura.

23. Pro ἀναξαίνει, editi ἀναφλέξει. Manasses De Aristandro et Callithea 5, 13 : Οἶδε καὶ γὰρ ἀκρόασις θλίψεων ἀλλοτρίων Συγχέειν τοὺς ἀκούοντας καὶ συγκινεῖν εἰς πένθος, Τὸ μὲν ὑπαναξαίνουσα τὰς ἐν ἐκείνοις πάθας...

24, 25, 26, 27, absunt ab editis.

26. A, λύπη δὲ ὅτ' ἄν τις εὐσθενῶν ὀφθῇ. Scripsi δ' ὅταν, addito πάλαι, implendæ versus mensuræ.

27. A, ὧν. Scripsi οἷς.

In affabulatione velim scribi φερόντων τῶν κακῶν.

ΙΓ'.

ΓΕΩΡΓΟΣ ΚΑΙ ΠΕΛΑΡΓΟΣ.

Αὔλαξι λεπτὰς παγίδας ἀγρότης πήξας,
γεράνους σποραίων πολεμίας συνειλήφει.
Τοῦτον πελαργὸς ἱκέτευε χωλεύων·
ὁμοῦ γὰρ αὐταῖς καὶ πελαργὸς ἡλώκει·
« Οὐκ εἰμὶ γέρανος· οὐ σπόρον καταφθείρω.
« Πελαργός εἰμι (χὴ χρόη με σημαίνει),
« πτηνῶν πελαργὸς εὐσεβέστατον ζώων·
« τον ἐμὸν τιθηνῶ πατέρα καὶ νοσηλεύω ».
Κἀκεῖνος « Ὦ πελαργὲ, τίνι βίῳ χαίρεις
« οὐκ οἶδα », φησίν· « ἀλλὰ τοῦτο γινώσκω·
« ἔλαβόν σε σὺν ταῖς τἄργα τἀμὰ πορθούσαις.
« Ἀπολῇ μετ' αὐτῶν τοιγαροῦν, μεθ' ὧν ἥλως ».

Conf. Coray. Fab. 172, p. 105, 358.

2. A, συνειλήφη. Quam formam non retinui, quod iotacismus eam peperisse videbatur. Babrius, qui sæpissime plusquam perfecto utitur, desinentiam in ει adhibet. Sic v. 4, ἡλώκει. Et Fabb. 58, 70, 87, κατειλήφει· 106, εἰλήφει· 33, ἠτήκει· 34, κατεστρώκει 36, ἐπεπτώκει· 46, γεγηράκει· 50, ἐκεκμήκει· 52, ἐτετρίγει. Adde sis 1, 4, 5, 7, 68, 72, 74, 76, 77, 79, 84, 85, 87, 90, 95, 102, 103, 104, 105, 107, 112, 123. In Ignatii Corayani Fabula 351, πεφύκει legitur: Πᾶσιν πεφύκει θηρσὶ καὶ πτηνοῖς μάχη· Ἤλω λίβυσσα στρουθὸς ἡ τούσδ' ἐπλάνα· Εἶναι μὲν ὄρνις, ἐκ μέρους δὲ θηρίον, Πτηνοῖς χάραν δεικνῦσα, τοῖς θηρσὶν πόδας. Reperi in codice πέφυκε, postponendum edito tempori, sed et editis forsan meliora: ἐκ μέρους καὶ θηρίον, πτ. κ. δεικνῦσα, θηρίοις πόδας. Adde not. ad Fab. 58, 7.

3. χωλεύων, quod explicat fabula apud Corayum p. 358, quam pessimis versibus astrictam ab editore, prosa oratione repetam ex Furiæ exemplari: καὶ πελαργὸς ἐλήφθη, ὅστις καὶ ἐθλάσθη τὸν ποῦν αὐτοῦ τὸν ἕνα.

6. A, χροή με. An χροιή με?

8. Est enim ciconia « pietaticultrix. » Ad cujus rei illustrationem plurima congessi in Notitiis manuscr. t. 11, part. 2, p. 40, 152. Inde factum nomen ἀντιπελάργωσις, teste Moschopulo Π. σχ. p. 135, ἐπὶ τῶν ἐπισταμένων χάριν, ὑφ' ὧν εὖ ἔπαθον καὶ ἀντιδιδόντων, διὰ τὴν τῶν πελαργῶν πρὸς τοὺς ἑαυτῶν πατέρας, ὅταν

XIII.

AGRICOLA ET CICONIA.

Depanctis per sulcos tenuibus laqueis, rusticus grues ceperat satorum hostes. Quem ciconia orabat claudicans (una enim illis et ciconia capta fuerat) : « Grus non sum ego ; sata « non deprædor. Sum ciconia, — estque meus indicio color — « avium ciconia cunctarum piissima. Meum alo patrem, et « ægrotanti inservio sedula ».

At ille « O ciconia, qua gaudeas vitæ ratione, non novi », ait ; « sed istud novi : te scilicet simul illis deprehendi quæ « culta depopulantur mea ; simul igitur illis peribis quibuscum « capta fuisti ».

γηράσκωσι, κηδεμονίαν καὶ ἀντίδωσιν τῆς γεννήσεως ἑαυτῶν. Corrigendum ἀντίδοσιν. Mendosum nomen servavit editor Viennensis, homo Græcus. Theodorus Hyrtac. Ep. 38 : δρῶσι δ' οὐδὲν ἧττον ταὐτὰ καὶ πελαργῶν νεοττοὶ, ὥς φησιν ὁ περὶ ζώων ἰδιωμάτων Αἰλιανὸς συγγραψάμενος (L. 3, c. 23), καὶ τοῦτ' εἶναι τὴν τῇ παροιμίᾳ θρυλλουμένην ἀντιπελάργωσιν. Rursus Epist. 60 : εἶτα πελαργοὶ μὲν ὄρνιθες ἄλογοι προνοοῦσι τῶν πατέρων γεγηρακότων καὶ τροφῆς δεομένων· ἡ πρόνοια δέ· ταῖς γεραίαις πτέρυξιν ὑφέντες ἑαυτοὺς, ἐπαίρουσί πως ἀνακουφίζουντες (imo ἀνακουφίζοντες, quod exhibet codex), καὶ παρὰ χωρίον θηρ (imo θήρας, ut codex) ἐξάγουσιν, ἵνα δὴ διαθρέψαιεν.... Idem Ep. 68 extrema : παιδὸς γὰρ εὐδαιμονοῦντος καὶ τὸν πάτερα δεῖ συνευδαιμονεῖν, κατὰ τὴν ὑμνουμένην ἀντιπελάργωσιν. Codex, compendio solito, πρα. Legendum πατέρα. Mirum est quam sæpe circa ejus compendii accuratam lectionem peccaverit Theodori editor : vide notam ad Anecd. Gr. t. 1, p. 252. Villoisonus in Choriciana Mariæ Marciani matris Laudatione edidit non semel μητέρι, cum habeat codex vel μρὶ, vel μητρὶ quoque. Menda illa levia et alia paulo graviora a viro doct. admissa corrigentur in nova quam prælo fere paratam habeo Choricii editione, ineditis aucta orationibus duabus quas mecum humanissime communicavit a se e codice Matritensi descriptas vir doctiss. Ed. Millerus.

11. A, τὰ ἔργα. Crasis facienda fuit

Κακοῖς ὁμιλῶν, ὡς ἐκεῖνοι μισήσῃ,
κἂν μηδὲν αὐτὸς τοὺς πέλας καταβλάψῃς.

Ὁ λόγος διδάσκει φεύγειν ἡμᾶς τὰς τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων κοινωνίας, ἵνα μὴ τῇ αὐτῶν κακίᾳ συναπολώμεθα.

ΙΔ΄.

ΑΡΚΤΟΣ ΚΑΙ ΑΛΩΠΗΞ.

Ἄρκτος φιλεῖν ἄνθρωπον ἐκτόπως ηὔχει·
νεκρὸν γὰρ αὐτοῦ σῶμ᾽ ἔφασκεν μὴ σύρειν.
Πρὸς ἣν Ἀλώπηξ εἶπε· « Μᾶλλον ἡρούμην,
« εἰ νεκρὸν εἷλκες, τοῦ δὲ ζῶντος οὐχ ἥπτου. »
Ὁ ζῶντα βλάπτων μὴ νεκρόν με θρηνείτω.

Ἔργα sunt culta, sata. Vide Heyn. ad Il. M, 283. Est ἔργα eodem sensu in Callimachi Lavacro 54 : Βοιωτῶν ἔργα διερχομένα. Nomen ἔργον mihi reponendum videtur in ejusdem hymni v. 138 : ἀλλὰ δέχεσθε Τὰν θεὸν, ὦ κῶραι, τὦργος ὅσαις μέλεται. Non licuit virginibns omnibus, « quis Argos curæ est », deam excipere, sed iis tantum quæ sacerdotio Minervæ fungebantur, quas poeta vocat λωτροχόους. Conjicio τοὔργον, ac dorice τὦργον. Irrepsit forsan τὦργος ex v. 54: Τὦργος ἐσοψεῖται τοῦτο πανυστάτιον.

13. A, ὡς ἐκείνοις μισηθήσῃ. Mutavi recte, opinor, ac facile pravam lectionem. Tempus illud mediæ vocis passivum passim sensum nanciscitur. Euripides Troad. 680 : τόνδε δ᾽ αὖ Στυγοῦσ᾽, ἐμαυτῆς δεσπόταις μισήσομαι.

Fab. XIV. Cf. Coray. F. 165, p. 100, 354 ; Knochii Fragmentum 4.

1. A, ἄρκτος. Suidas recitat bis hunc versum sine auctoris nomine, V. Ἄρκου· « Ἄρκος...», et V. Ἐκτόπως· » Ἄρκτος...».

Improborum si fueris socius, haud secus atque illi odiosus fies, ipse tu quamvis nil proximos læseris.

Nos docet fabula de vitando malorum hominum commercio, ne propter illorum malitiam cum illis pereamus.

XIV.

URSUS ET VULPES.

Ursus eximie se hominem diligere jactabat; hominis enim cadaver ajebat se non discerpere.

Cui vulpes « Potius cadaver » inquit, « tibi lacerari mavelim, dum vivum non tangas corpus ».

Qui me lædit vivum, mortuum ne lugeat.

Sed et hic est varietas ἄρκος. Quæ scriptura placuit Knochio. Secure apographum repræsentavi. — Suidas : ἐκτόπως· μεγάλως, ἀπρεπῶς, παρηλλαγμένως, ἀφορήτως... ὑπερβαλλόντως. Auctores fabularum Coray., μεγάλως ἐκαυχᾶτο, quod videntur reperisse ἐκτόπως ηὔχει jungentes. Ego malo jungi φιλεῖν ἐκτόπως. Aristænetus 1, 13 : ἐκτόπως ἐρᾷ· ibi similia apposuerunt interpretes p. 425.

2. In fabula Viatorum et Ursi, apud Corayum F. 249 : φασὶ γὰρ νεκροῦ μὴ ἅπτεσθαι τὸ ζῶον. Sed ἄρκτον πάμφαγον esse docet Aristoteles Histor. Animal. 8, 5.

4. Est δὲ ζῶντος spondæus in quarta sede, et sic τὸ ζῆν F. 31, 23. Facere se putavit iambum. Meminerat, opinor, Homeri, ζ efferentis ut σ. Sed prosodia Homerica non est metri istius nec istius ætatis. Atque licentia illa sumta fuerit prudentius, puto, ante nomen proprium, quam ante ζῆν et ζῶντος.

5. A, θρηνήτω. Imo θρηνείτω. Sed librarium fallebat literarum vocalium sonus similis.

ΙΕʹ.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΑΝΗΡ ΚΑΙ ΘΗΒΑΙΟΣ.

Ἀνὴρ Ἀθηναῖός τις ἀνδρὶ Θηβαίῳ
κοινῶς ὁδεύων, ὥσπερ εἰκὸς, ὡμίλει.
Ῥέων δ᾽ ὁ μῦθος ἦλθε μέχρις Ἡρώων·
μακρὴ μὲν ἄλλως ῥῆσις, οὐδ᾽ ἀναγκαίη.
Τέλος δ᾽ ὁ μὲν Θηβαῖος υἱὸν Ἀλκμήνης
μέγιστον ἀνδρῶν, νῦν δὲ καὶ θεῶν ὕμνει·
ὁ δ᾽ ἐξ Ἀθηνῶν ἔλεγεν ὡς πολὺ κρείσσων
Θησεὺς γένοιτο, καὶ τύχης ὁ μὲν θείης
ὄντως λέλογχεν, Ἡρακλῆς δὲ δουλείης.
Λέγων δ᾽ ἐνίκα· στωμύλος γὰρ ἦν ῥήτωρ·
ὁ δ᾽ ἄλλος, ὡς Βοιωτὸς, οὐκ ἔχων ἴσην
λόγοις ἅμιλλαν, εἶπεν ἀγρίῃ μούσῃ·
« Πέπαυσο· νικᾷς. Τοιγαροῦν χολωθείη
« Θησεὺς μὲν ἡμῖν, Ἡρακλῆς δ᾽ Ἀθηναίοις. »

Ὅτι οὐ δεῖ τοὺς μεγιστᾶνας κινεῖν εἰς ὀργὴν κατὰ τῶν ὑπεξουσίων εἰς ματαιολογίας καὶ ἔριδας.

11. Etenim Bœoti « in crasso aere nati » magis firmitati corporis inserviebant quam ingenii acumini, teste Cornelio Nepote. Idcirco, ut est in Arsenii Violeto, p. 103, 146, quum Antagoræ Thebaïdem recitanti non plauderent, volumen plicavit iratusque abiit dicens: καλεῖσθε Βοιωτοί· βοῶν γὰρ ὦτα ἔχετε. Scholiastes Hesiodi Th. 1 : οἱ Βοιωτοὶ ἔσθ᾽ ὅτε ὡς ἰδιῶται διεβάλλοντο. Ibi Gaisfordius. Adde Schott. ad Diogenian. 3, 46; Willet. ad Galen. Protrept. p. 94;

XV.

ATHENIENSIS ET THEBANUS.

Civis Atheniensis cum Thebano cive viam carpebat communiter, et, ut fit, confabulabatur; sermoque quum flueret, ad Heroas usque delapsus est : prolixum quidem cetero argumentum, nec necessarium.

Tandem Thebanus natum Alcmena hominum maximum, et nunc Deorum quoque esse prædicabat. Qui autem Athenis oriundus multo præstantiorem Theseum fuisse reponebat, quum sortem vere divinam esset sortitus, servilem Hercules.

Et ita loquutus vincebat; disertus enim fuit rhetor. Alter vero, non æqua, quippe Bœotus, oratoriæ concertationis arte pollens, rudi musa dixit : « Desine. Vincis. Igitur nobis Theseus irascatur, Atheniensibus Hercules ».

Quod non oporteat optimates viros ad iram in subditos irritare. Adversus disputationes vanas et contentiones.

Coray. ad Plut. t. 3, p. οϐ'; Larcher. Hist. Acad. Inscript. t. 47, p. 145; Barthelem. Anach. ch. 34, p. 314. Insignem errorem Gibbonis de Christodoro Thebano (Ægyptio scilicet) confutavit Jacobsius ad Anal. t. 13, p. 872.

Affabulationem exhibui ex apographi scriptura. In latina interpretatione sententias feci duas ex una, quarum prior fabulæ non convenit, altera paulo brevior est. Codex melior est exspectandus. Duplex est et fabulæ XVI affabulatio.

ΙϚʹ.

ΛΥΚΟΣ ΚΑΙ ΓΡΑΥΣ.

Ἄγροικος ἠπείλησε νηπίῳ τίτθη
κλαίοντι· « Παῦσαι· μή σε τῷ λύκῳ ῥίψω ».
ὁ Λύκος δ' ἀκούσας, τήν τε γραῦν ἀληθεύειν
νομίσας, ἔμεινεν, ὡς ἕτοιμα δειπνήσων,
ἕως ὁ παῖς μὲν ἑσπέρης ἐκοιμήθη·
αὐτὸς δὲ πεινῶν, καὶ λύκος χανὼν ὄντως,
ἀπῆλθε νωθραῖς ἐλπίσιν παρεδρεύσας.
Λύκαινα δ' αὐτὸν ἡ σύνοικος ἠρώτα·
« Πῶς οὐδὲν ἄρας ἦλθες, ὥσπερ εἰώθεις »;
Ὁ δ' εἶπε· « Πῶς γὰρ, ὃς γυναικὶ πιστεύω »;

Διδάσκει ἡμᾶς ὁ μῦθος ὅτι οὐ χρὴ πᾶσι πιστεύειν, γυναικὶ δὲ μάλιστα, μεγάλα καὶ πάμπολλα ἐπαγγελλομένῃ. — Πρὸς τὸν κεναῖς ἀπάταις ἐξαπατηθέντα.

Conf. Coray. Fab. 138, p. 80, 337; Avianus Fab. 1.

4. Fabula Corayana tertia : Αἰτοῦντι τροφὴν νηπίῳ καὶ κλαίοντι ἠπείλησε γραῦς, εἰ μὴ ἡσυχάσαι, τῷ λύκῳ ῥίψαι· ὁ δὲ λύκος ἀληθεύειν νομίσας, ἐκαρτέρησε μέχρις ἑσπέρας πεινῶν, μηδὲν λαβών. In quibus, quum verba ἐκαρτέρησε ... πεινῶν optimum efficiant choliambicum versum, reperisse se credidit fragmentum Babrii Tyrwhittus p. 22. Manifestum quidem est Babrium ante oculos prosario illi fabulatori fuisse, sed et aliam simul recensionem, quum versus ille huic quautor non queat inseri. Addendum etiam potuisse id genus versiculi fortuito excidere homini qui versus non facit nec scit facere.

6. Additum ὄντως, quod sæpissime verba λύκος χανὼν proverbii virem gerunt. Muliercula in Aristæneti Epistola 2, 20, Lyconem amatorem habens ludibrio : λύκος οὖν χανὼν, ὦ Λύκων, ἄπιθι διακενῆς. Ibi interpretes p. 730. Theodorus Hyrtacenus in meis Anecdotis Græcis t. 2, p. 444 : ἐσφάλη καὶ ταύτης τῆς ἐλπίδος, καὶ, κατὰ τὴν παροιμίαν, λύκος κεχηνὼς εἰς μάτην ἐλήλεγκτο. Ibi si-

XVI.

LUPUS ET ANUS.

Rustica nutrix puerulo comminabatur vagienti : « Desine, ne te projiciam lupo ». Qui audierat lupus, anum vera loquutam esse ratus, usque restitit, paratam scilicet cœnam cœnaturus, dum infans primo vespere obdormiverit. Ipse autem esuriens, et re vera *lupus incassum hians*, abiit, postquam diu spei assedisset inani.

At lupa conjux reducem interrogans, « Quo » aiebat « modo « nil raptum ferens venisti, ut solebas »? Cui lupus : « Quo « etenim modo, qui fœminæ male credidi »?

Docet nos fabula non oportere cuilibet credere, ac fœminæ inprimis magna et plurima pollicenti. — In eum qui vanis deceptus fuit fallaciis.

milia apposui. Arsenius Viol. p. 338 : λύκος ἔχανεν· ἐπὶ τῶν τῆς ἐλπίδος ἀποτυγχανόντων· οἱ γὰρ λύκοι ἀθηρίᾳ περιπεσόντες (hinc emendetur Apostolius Adag. 12, 19) χαίνουσι διερχόμενοι· λύειν δ' οὐκ ἔστιν ἀγνοοῦντα τὸν δεσμόν· σαφής. Postrema sententia ad priorem nullatenus pertinet, ac seorsum fuit collocanda. Præit Apostolius Adag. 12, 22.

7. A, ἐλπίσι. Suidas : νωθρὸς, ὁ ἀσθενής.

9. A, εἰώθης.

10 A, γυναικός. Scripsi γυναικί. Fabulator prosaicus : πῶς γάρ τις πιστεύσει γυναικί; Atque Suidas : πιστεύω, δοτικῇ.

In affabulatione offendit Μηνᾶς ad epithetum κεναῖς, quum sint ἀπάται omnes κεναὶ, et malit ἐλπίσι. Atque est in affabulatione p. 337 Cor. : ὅτι κεναῖς ἐλπίσιν ἀπατᾶται ὁ πειθόμενος γυναικῶν ὁμιλίαις. Monstravique ad Anecd. Gr. t. 4, p. 193, quam sæpe datum fuerit ταῖς ἐλπίσιν id epithetum. Epigrammatarius quidam Anth. 12, 90 : Ἐκ γὰρ ἐκείνου Βλέμματα καὶ κενεὰς ἐλπίδας οἶδα μόνον. Meleager ib. 12, 125 : κενεὰς ἐλπίδας ἐδρεπόμαν. Crinagoras ib. 9, 234 : Ἄχρι τεῦ, ἆ δειλαῖε, κεναῖς ἔτ' ἐπ' ἐλπίσι,

ΙΖ΄.

ΑΙΛΟΥΡΟΣ ΚΑΙ ΑΛΕΚΤΡΥΩΝ.

Αἴλουρος ὄρνεις οἰκίης ἐνεδρεύων,
ὡς θύλακός τις πασσάλων ἀπηρτήθη·
τὸν δ' εἶδ' ἀλέκτωρ πινυτὸς ἀγκυλογλώχιν,
καὶ ταῦτ' ἐκερτόμησεν ὀξὺ φωνήσας·
« Πολλοὺς μὲν οἶδα θυλάκους ἰδὼν ἤδη·
« οὐδεὶς δ' ὀδόντας εἶχεν αἰλούρου ζῶντος ».

Πρὸς τοὺς ἀπὸ πείρας γνωρισθέντας κακούργους, καὶ μηκέτι ταῖς τούτων ὑποκρίσεσί τινα ἐξαπατᾶσθαι.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Β.

ΙΗ΄.

ΒΟΡΕΑΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΣ.

Βορέῃ λέγουσιν Ἡλίῳ τε τοιαύτην
ἔριν γενέσθαι· πότερος ἀνδρὸς ἀγροίκου

θῦμε ... Sic edidit Jacobsius, quum sit vitiose scriptum in codice κεναῖς ἐπ'. Facilius ac melius scripsisset, opinor, κεναῖσιν ἐπ'. Ceterum in affabulatione nil mutandum.

Fab. XVII. Conf. Corayanæ Fab. 28, pag. 19, 294; Phædrus 4, Fab. 2.

In affabulatione videtur legendum, τινα ἐξαπατῶντας. Cum infinitivo esset scribendum, καὶ πρὸς τὸ μηκέτι ..., vel καὶ in ὡς mutandum. Hoc in latinis sequebar.

XVII.

FELES ET GALLUS GALLINACEUS.

Feles domesticis insidiatus avibus, sacco similis e clavis dependebat. Quem qui viderat prudens pandirostrus gallinaceus, talia jecit acuta voce dicteria : « Saccos novi qui sint, quum jam multos viderim ; at nullus habuit felis vivi dentes ».

In illos quos experimentum malos esse convicit, adeo ut illorum fallaciis nemo amplius decipiatur.

XVIII.

BOREAS ET SOL.

Boreæ atque Soli certamen fuisse ferunt ejuscemodi, uter homini rustico, qui forte viam carpebat, sisur-

Fab. XVIII. Cf. Coray. F. 306, p. 200, et quam protulit Brunetus v. d. in Notitt. manu. t. 14, part. 2, p. 290; Knochius Fragm. 37 ; Plutarchus Præc. Conj. § 12 ; Themistius Orat. 16, p. 253; Avianus Fab. 4. — Respexit hanc fabulam Sophocles Epigrammate in Euripidem, quod servavit Athenæus 13, 82. Id non describam quod sit obscurius, quum historiola quadam de Euripide innuatur hodie incognita. Sophocles χρησάμενος erat τῷ περὶ τοῦ Ἡλίου καὶ Βορέου λόγῳ, καί τοι

ὁδοιποροῦντος τὴν σισύραν ἀπεκδύσει.
Βορέης δὲ φυσᾷ πρῶτος οἷος ἐκ Θρᾴκης,
βίᾳ νομίζων τὸν φοροῦντα συλήσειν.
Ὁ δ' οὐ μεθῆκε μαλλὸν, ἀλλὰ ῥιγώσας,
καὶ πάντα κύκλῳ χερσὶ κράσπεδα σφίγξας,
καθῆστο, πέτρης νῶτον ἐξοχῇ κλίνας.
Ὁ δ' Ἥλιος τὸ πρῶτον, ἡδὺς ἐκκύψας,
ἀνῆκεν αὐτὸν τοῦ δυσηνέμου ψύχους·
ἔπειτα δ' αὖ προσῆγε τὴν ἀλέην πλείω,
καὶ καῦμα τὸν γεωργὸν εἶχεν ἐξαίφνης·
αὐτὸς δὲ ῥίψας τὴν σισύραν ἐγυμνώθη.
Βοῤῥῆς μὲν οὕτως συγκριθεὶς ἐνικήθη.
Λέγει δ' ὁ μῦθος· πρᾳότητα, παῖ, ζήλου·
ἀνύσεις τι πειθοῖ μᾶλλον ἢ βίᾳ ῥέζων.

πρὸς μοιχείαν αὐτοῦ παραινιττόμενος. Nunc editum est e codice καὶ τό. Olim proposui legendum καί τι, quod et nunc propono. Lectio καὶ τὸ est emendatio corruptæ scripturæ antiquioris καί τοι, quam melius correxisse mihi videor. Placuit tamen καὶ τὸ et Schæfero.

3. Suidas : σισύρα, ἱμάτιον τραχὺ καὶ παχύ· περιβόλαιον ἀγροικικὸν, δουλικὸν. παλαίον· ἢ χιτὼν δερμάτινος. Et recitat sine auctoris nomine tres versus hujus fabulæ primos, quos et sine nomine exhibet Scholiastes Ranarum v. 1459. Suidas et Schol., Βορέῃ. A, Βορέᾳ. Præferenda fuit forma ionica, tali auctoritate munita. Inde et mutavi Βορέας v. 4, Βοῤῥᾶς etiam v. 14. Suidas nunc ἐκδύσῃ, olim ἐκδύσει, et ἐκδύσει Scholiastes, quod tempus ab A datum prætuli, prætulitque Knochius. Prætulit etiam Knochius σισύρναν, quæ est Tupii emendatio ad Suidam t. 2, p. 166, probata Tyrwhitto p. 31, 56, et nuper viro alii docto, sed qui ferme credidisse videtur lectionem σισύρναν firmari Suidæ et Scholiastæ testimonio. Consentiunt autem, idque sine varietate in scribendo σισύραν. Media syllaba in pluribus Comici locis brevis est, estque brevis mox v. 13, qui non potest mutari. Mutavi ergo ἐκδύσει, et erit σισύραν anapæstus bis in quarta sede, non sine symmetria. Gaisfordius Suidæ editor eruditissimus de mutando σισύραν nihil monuit. In latina interpretatione, « sisurnam » posui, « vulgari simplicitate », teste usus Marcellino.

4. Fabula in Notitiis : Τοῦ δὲ Βοῤῥᾶ πνέοντος ἰσχυρωτάτως. Legendum ἰσχυροτάτως. Idem mendum tollendum e Fabula Corayana secunda.

4, 5. A, φύσας. Mutavi φύσας in φυσᾷ. A, συλλήσειν. Fabula Corayana : Βοῤῥᾶς δὲ πρῶτος τὸ ἱμάτιον φυσῶν ἤλπιζε συλήσειν. Primam in συλλήσειν esse longam, neque fulcro indigere, probat Fab. 2, v. 12.

nam decutiet. Boreas flat prior qualis ex Thracia, vi scilicet ratus se posse lacernatum devestire hominem.

Ast ille villosum tegmentum de digitis non amisit; sed, algore rigens, et cunctos manibus limbos circumstringens, sedebat, rupis prominentiæ dorsum acclinans.

Tunc Sol, jucundam e nubibus faciem exserens, primum frigore illum levavit boreali, dein teporem admovit majorem; ac subitus agricolam ussit calor. Ipse autem, rejecta sisurna, stetit nudus.

Sic fuit in contentione devictus Boreas.

Hoc dicit fabula : « Mansuetudinem cole, puer. Quod agis « persuasione potius quam vi perficies. »

6. A, Ὁ δ' οὐ μεθῆκε μᾶλλον, ἀλλά. Quod quidem legisse videntur laudati fabulatores : οἱ ἄνθρωποι ψυχροὶ γενηθέντες περιβόλαια μᾶλλον ἠμφίεννυντο· — μᾶλλον ἔσφιγγε καὶ συνεῖχε τὸ περιβόλαιον· — Ἄνθρωποι μᾶλλον ψυχρανθέντες, εὐθέως Περιβολαίων μᾶλλον ἠμφιεννῦντο. Avianus : « Ille magis lateri duplicem circumdat amictum. » Quæ quidem sunt scripta probabilissime; sed in ipsa Babrii fabula adverbium non commode positum esse videtur, putavique esse mendosum, ac rescripsi μαλλόν. Mutata distinctione ὁ δ' οὐ μεθῆκε, μᾶλλον ἀλλὰ ῥιγώσας, oratio scabra fiebat. Permutantur etiam μᾶλλον et μαλλὸν Fab. 93, 7. Hesychius : μαλλος, ἔριον· καλεῖται δὲ καὶ τὰ πηνία. Idem : μάλιον, μᾶλλον. Albertus recte proposuit pro μᾶλλον legere μαλλόν. Malim et μάλλιον. Scholiastes Odysseæ A, 433 : τοῖς πέπλοις τοῖς ἀπὸ τῶν ἀπανθισμάτων τῶν μαλλίων τῶν προβάτων κατεσκευασμένοις. Babrius μαλλὰν vocat viatoris illam σισύραν, τὸν δερμάτινον χιτῶνα, τὸ αἴγειον στέγαστρον τετριχωμένον, τὸ τραχὺ καὶ ἄγναπτον ἱμάτιον, verbis Mœridis. Fabulatores repertum adverbium sententiis probabilibus accommodaverunt.

8 Suidas : καθῆστο, ἐκαθέζετο.

10. Suidas : ἀνῆκεν, ἀφῆκεν. Idem : δυσήνεμον, τὸ κακοὺς ἀνέμους ἔχον.

11. A, ἄλλην vel ἄλλην. Scripsi ἀλέην. Hesychius : ἀλέη, θερμασία. Suidas : ἀλέα, θέρμη, ἔλλαμψις. Fabula in Notitiis : Ὁ δὲ χλιάνας Ἥλιος μετὰ ταῦτα, Καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἱδρῶτας προξενοῦντα, Πέπεικεν εὐθὺς ἐκδῦσαι τοὺς χιτῶνας. Vix putem tolerandam, quod suadet vir d., formam προξενοῦντα, quæ sit ἐσχάτως βάρβαρος, vel in isto politico versificatore. Forsan : Καὶ τοῖς ἀνθρώποις προξενῶν τοὺς ἱδρῶτας.

16. Hunc versum Gnomologio suo inseruit Georgides in meis Anecdotis Græcis t. 1, pag. 9, nominatoque Ba-

Μῦθος παραινῶν, ὅτι οὐ χρὴ φιλόνεικον εἶναι, ἀλλὰ πραΰτητι καὶ πειθοῖ ἀνύειν τὰ ἀνήκοντα.

ΙΘ'.

ΒΟΤΡΥΣ ΚΑΙ ΑΛΩΠΗΞ.

Βότρυς μελαίνης ἀμπέλου παρωρείῃ
ἀπεκρέμαντο· τοὺς δὲ ποικίλη κερδὼ
ἰδοῦσα πλήρεις, πολλάκις μὲν ὡρμήθη
πηδῶσα ποσσὶν πορφυρῆς θίγειν ὥρης·
ἦν γὰρ πέπειρος κεὶς τρύγητον ἀκμαία.
Κάμνουσα δ' ἄλλως (οὐ γὰρ ἴσχυε ψαύειν),
παρῆλθεν, οὕτω βουκολοῦσα τὴν λύπην·
« Ὄμφαξ ὁ βότρυς· οὐ πέπειρος, ὡς ᾤμην ».

Ὁ μῦθος ἐλέγχει τοὺς εἰς ἀνέκβατα κοπιῶντας πράγματα, καὶ, τούτων ἀστοχοῦντας, τρόπους ψευδεῖς προβαλλομένους.

brio. Syrus : « Ratione, non vi, vincenda adolescentia est. » Ibi Gruterus.

In affabulatione τὰ ἀνήκοντα illustrat locus Suidæ : ἀνῆκον, τὸ πρέπον.

Fab. XIX. Cf. Coray. F. 156, p. 94, 348; Knochius Fragm. 14; Phædrus 4, 3.

1. A, παρωρείῃ. Scripsi dativo casu. Suidas habet nomen παρωρεία nudum. Converti qua potui. Phædrus : « alta in vinea ». Forsan, παρ' αἰώρῃν, παρ' αἰώρῃ. Vide n. ad v. 7.

4. A sic, θίγειν.

5. A, τρυγητόν. Malui τρύγητον. Suidas : τρύγητος, ὁ καιρὸς ἐν ᾧ δεῖ τρυγᾷν· τρυγητὸς δὲ ὁ τρυγώμενος βότρυς. Cf. F. 11, 7.

6. Suidas : ἄλλως, μάτην.

Monet fabula non oportere rixosum esse, sed mansuetudine ac suasione quæ sunt agenda peragere.

XIX.

UVÆ ET VULPES.

Uvæ nigræ de vite collis in latere pendebant; quas vafra vulpes quum cerneret succo turgentes, sæpiuscule se concitavit pedum saltu, fructum si forte tangeret purpureum.

Maturus erat enim et in vindemiam adultus.

At quum se frustra delassaret (nam attingere non valebat), discessit, ita solata desiderium : « Est uva cruda, non, ut rebar, « matura. »

Illos redarguit fabula, qui res inaccessas non sine sudore affectant, et, a proposito fine aberrantes, mendacia protendunt verborum schemata.

7. Suidas in Αἰώρα tres recitat versus hosce, auctore non nominato : Ὡς δ' οὐκ ἐφικνεῖτ' ἀλλ' ἔκαμνε πηδῶσα, Οὐδὲν κρεμαστῆς σχοῦσα πλεῖον αἰώρας, Παρῆλθεν οὕτω βουκολοῦσα τὴν λύπην. Et hic habemus reliquias alterius recensionis. De verbo βουκολέω Knochius ad Fragmentum 14; Schæfer. ad Longi Pastoralia pag. 343; Burges. ad Supplices 920.

8. Etymologicum M. : ὄμφαξ, τὸ ὀξεινόν· et versum cum Babrii nomine exhibet. Suidas : ὄμφαξ, σταφυλὴ δριμεῖα καὶ οὐ πέπειρος.

In affabulatione A, προβαλλομένωι vel προβαλλομένων. Anonymus reposuit προβαλλομένους, quod sumsi.

Κ΄.

ΒΟΗΛΑΤΗΣ ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΗΣ.

Βοηλάτης ἅμαξαν ἦγεν ἐκ κώμης.
Τῆς δ' ἐμπεσούσης εἰς φάραγγα κοιλώδη,
δέον βοηθεῖν αὐτὸν, ἀργὸς εἱστήκει·
τῷ δ' Ἡρακλεῖ προσηύχεθ', ὃν μόνον πάντων
θεῶν ἀληθῶς προσεκύνει τε καὶ 'τίμα·
θεὸς δ' ἐπιστὰς, εἶπε· « Τῶν τροχῶν ἅπτου,
« καὶ τοὺς βόας κέντιζε· τοῖς θεοῖς δ' εὔχου,
« ὅταν τι ποιῇς καὐτὸς, ἢ μάτην εὔξῃ ».

ΚΑ΄.

ΒΟΕΣ.

Βόες μαγείρους ἀπολέσαι πότ' ἐζήτουν,
ἔχοντας αὐτοῖς πολεμίαν ἐπιστήμην.

Fab. XX. Cf. Coray. F. 335, quæ desumta est e Suida V. : Τὴν χεῖρα προσφέροντα τὸν θεὸν κάλει. Avianus Fab. 32.

5. A, προσεκύνει καὶ 'τίμα. Addidi τε. Malim scribi κἀτίμα.

7. Forsan κέντριζε.

8. In apographo, plena distinctione facta post εὔχου, hic versus ut epimythium a serie reliquorum seponitur. Sed concludit orationem Herculis. Atque sic dispositus locus in Suidæ fabula aut Corayana, quæ Babrium expressit. Adscripsit Μηνᾶς vir d. : « cette fable est « basée sur le proverbe : σὺν Ἀθηνᾷ καὶ « χεῖρα κινεῖν [apud Suidam]; auquel « correspond le français : Aide-toi, que « je t'aide ». Dixit Fontainius fabula simili 6, 18 : « Aide-toi, le ciel t'aidera ». Ante Fontainium, Regnierus Sat. 13, 112 : Aydez-vous seulement, et Dieu

XX.

BUBULCUS ET HERCULES.

Bubulcus e vico rhedam agebat, quæ in patentem terræ hiatum decidit. Et quum ipse opi ferendæ accingere se deberet, stabat cessans, Herculique supplicabat, quem unum deorum omnium ex animo adorabat colebatque.

Adstitit autem deus, ac « Rotis » inquit, « admove manus, « bovesque increpa stimulo. Tum ora deos, quando et ipse « feceris aliquid, vel orabis nequicquam. »

XXI.

BOVES.

Boves quondam coquos quærebant perdere, quippe qui sibi inimicam tractabant artem.

vous aydera ». Voltairius Pelopidis : « Quand nous n'agissons point, les dieux nous abandonnent ». Similis Sophoclis sententia Iphigenia : Θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται. Similis et Euripidis Temeno Fr. 3 : Αὐτός τι νῦν δρᾶ, χοὔτω δαίμονας κάλει· Τῷ γὰρ πονοῦντι χὼ θεὸς συλλαμβάνει· qui posterior versus receptus fuit inter Monostichas Gnomas titulo Φιλοπονίας, ubi nonnihil feci annotationis. Euripides rursus El. 80 a Corayo huc commode collatus; et fragmento incerto 218 : Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν θεός· quem versum Æschylo tribuit Stobæus Tit. 29, 21. Sallustius Catil. 52, 29 : « ubi secordiæ te atque ignaviæ tradideris, nequidquam deos implores ». Ibi Cortius.

Καὶ δὴ συνηθροίζοντο, πρὸς μάχην ἤδη
κέρατ' ἀποξύνοντες. Εἷς δέ τις λίην
γέρων ἐν αὐτοῖς (πολλὰ γὰρ ἦν ἀροτρεύσας),
« Οὗτοι μὲν ἡμᾶς » εἶπε, « χερσὶν ἐμπείροις
« σφάζουσι καὶ κτείνουσι χωρὶς αἰκίης·
« ἢν δ' εἰς ἀτέχνους ἐμπέσωμεν ἀνθρώπους,
« διπλοῦς τότ' ἔσται θάνατος· οὐ γὰρ ἐλλείψει
« τὸν βοῦν ὁ θύσων, κἂν μάγειρος ἐλλείψῃ ».
Ὁ τὴν παροῦσαν πημονὴν φεύγειν σπεύδων
ὁρᾷν ὀφείλει μή τι χεῖρον ἐξεύρῃ.

Ὁ μῦθος τοῦτο δηλοῖ, ὅτι ἄμεινον δουλεύειν σοφοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, ἢ δεσπόζεσθαι ὑπὸ σκαιῶν τε καὶ ἀπαιδεύτων.

ΚΒ'.

ΑΝΗΡ ΜΕΣΟΠΟΛΙΟΣ ΚΑΙ ΔΥΟ ΕΡΩΜΕΝΑΙ.

Βίου τις ἤδη τὴν μέσην ἔχων ὥρην
(νέος μὲν οὐκ ἦν, οὐδέπω δὲ πρεσβύτης),
λευκὰς, μελαίνας, μιγάδας ἐκλόνει χαίτας·
εἶτ' εἰς ἔρωτας ἐσχόλαζε καὶ κώμους.
Ἤρα γυναικῶν δύο, νέας τε καὶ γραίας·
νέον μὲν αὐτὸν ἡ νεᾶνις ἐζήτει
βλέπειν ἐραστὴν, συγγέροντα δ' ἡ γραῖα.

9, 10. A, malo ordine : τὸν βοῦν..... Διπλοῦς..... Transpositionem feci, jubente sententia.

Affabulationi Μηνᾶς vir clar. adscripsit : « Cette fable est despotique, quoique basée sur le proverbe : δυοῖν κα-

Et ideo congregabantur jam ad prælium acuentes cornua.

Unus vero illorum aliquis, valde senex (araverat enim diu), « Isti quidem » ait, « nos peritis mactant manibus, ac magno « trucidant sine cruciatu. Quod si in imperitos incidemus « homines, duplex tunc impendebit mors. Non deerit enim « qui bovem immolet, coquus etsi defuerit ».

Qui præsens effugere cupit infortunium, providere debet ne pejus quid inveniat sibi.

Id significat fabula doctis et æquis servire dominis satius esse quam scævis parere et indoctis.

XXII.

VIR ÆTATIS MEDIÆ ET DUÆ AMASIÆ.

Quidam vitæ mediam qui jam attigerat ætatem (scilicet juvenis non erat amplius, necdum senex), albis et nigris mixtam capillis quatiebat cæsariem. Amoribus etiam vacabat et comissationibus.

Mulieres amabat duas, puellam unam, alteram anum. Amasium videre juvenem juvencula quærebat; at senem, ut ipsa fuit, anicula.

κοῖν προκειμένοιν τὸ μὴ χεῖρον βέλτιστον ». Vid. n. ad Aristæn. 1, 13, p. 434.

Fab. XXII. Conf. Coray. F. 162, p. 98, 352, et quam protulit Brunetus in Notit. Mann. t. 14, part. 2, p. 293; addito Knochio Fragm. 15; Phædrus, 2, 2.

Τῶν οὖν τριχῶν ἑκάστοθ' ἡ μὲν ἀκμαία
ἔτιλλεν ἃς ηὕρισκε λευκανθιζούσας·
ἔτιλλε δ' ἡ γραῦς, εἰ μέλαιναν ηὑρήκει·
ἕως φαλακρὸν ἡ νέα τε χἠ γραῖα
ἔθηκαν, ἑκάστη τῶν τριχῶν ἀποσπῶσα·
ἀεὶ γὰρ εὖγε τιλλόμενος ἐγυμνοῦτο.
Φάσκει δ' ὁ μῦθος τοῦτο πᾶσιν ἀνθρώποις·
ἐλεεινὸς ὅστις εἰς γυναῖκας ἐμπίπτει·
ἀεὶ γὰρ εὖγε δακνόμενος ἐκγυμνοῦται.

ΚΓ΄.

ΒΟΗΛΑΤΗΣ ΤΑΥΡΟΝ ΑΠΟΛΕΣΑΣ.

Βοηλάτης ἄνθρωπος εἰς μακρὰν ὕλην
ταῦρον κεράστην ἀπολέσας ἀνεζήτει·
ἔθηκε δ' εὐχὴν ταῖς ὀρεινόμοις νύμφαις,
Ἑρμῇ, νομαίῳ Πανὶ, τοῖς πέριξ, ἄρνα
λοιβὴν παρασχεῖν, εἰ λάβοιτο τὸν κλέπτην.
Ὄχθον δ' ὑπερβὰς, τὸν καλὸν βλέπει ταῦρον
λέοντι θοίνην· δυστυχὴς δ' ἐπαρᾶται
καὶ βοῦς προσάξειν, εἰ φύγοι γε τὸν κλέπτην.

8, 9. Suidas : ἑκάστοτε, ἀντὶ τοῦ ἀεί... Βάβριος· τῶν οὖν... εὕρισκε λευκανθιζούσας.

13, 16. A, ἔνγε. Correxit vir d. anonymus, εὖγε. Suidas : εὖγε, καλῶς... λέγεται δὲ καὶ ἐπ' εἰρωνείας πολλάκις.

16. A, γυμνοῦται. Mutavi probabiliter, ne versus esset brevior. Et aoristus ἐγυμνώθη placeret. In significanda consuetudine frequens est id tempus.

Fab. XXIII. 3. Suidas : ὀρεινόμων, τῶν ἐν ὄρεσι διαιτωμένων.

Capillos quoque die legebat puella quos reperiret albescentes; legebatque vetula nigrum, si quem reperisset. Donec calvum puella simul et anus fecerunt hominem, quum unaquæque capillorum avelleret particulam. Vulsus enim assidue probeque, nudabatur.

Id autem fabula cunctis prædicit hominibus : « Flebilis, qui- « cumque in fœminas incidit. Morsus enim assidue probeque « denudatur. »

XXIII.

BUBULCUS QUI TAURUM AMISIT.

Bubulcus homo cornigerum taurum vastam per silvam anquirebat amissum, votaque faciebat monticolis nymphis, Mercurio, Pani pastorali, accolis numinibus, agnum pollicitus se libaturum, latronem si capiet.

Pulcrum autem taurum, conscenso colle, factum videt leoni pabulum. Tum misellus precabundus vovet boves quoque aris se daturum, si possit saltem effugere latronem.

4. A, Ἑρμῇ νομαίῳ, Πανί. Hymnus Homericus 18, 3 : Πᾶν' ἀνακεκλομέναι, νόμιον θεόν.

5. Suidas : λοιβή· σπονδὴ, θυσία.

7. Suidas : θοίνη· τροφὴ, εὐωχία, κατάβρωμα.

8. « La particule γε fait une dissonance, quoique cette phrase soit une imitation de celle d'Homère [Il. A, 60] : εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν ». ΜΗΝΑΣ. Quid sit dissoni equidem non video, homo barbarus.

Ἐντεῦθεν ἡμᾶς τοῦτ' ἔοικε γινώσκειν·
ἄβουλον εὐχὴν τοῖς θεοῖσι μὴ πέμπειν,
ἐκ τῆς πρὸς ὥρην ἐκφορουμένην λύπης.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Γ.

ΚΔ΄.

ΓΑΜΟΙ ΗΛΙΟΥ.

Γάμοι μὲν ἦσαν Ἡλίου θέρους ὥρῃ·
τὰ ζῷα δ' ἱλαροὺς ἦγε τῷ θεῷ κώμους.
Καὶ βάτραχοι δὲ λιμναίους χοροὺς ἦγον·
οἷς εἶπε παύσας φρῦνος· « Οὐχὶ παιάνων
« τοῦτ' ἐστὶν ἡμῖν, φροντίδων δὲ καὶ λύπης·
« ὃς γὰρ μόνος νῦν λιβάδα πᾶσαν αὐαίνει,
« τί μὴ πάθωμεν τῶν κακῶν, ἐὰν γήμας,
« ὅμοιον αὐτῷ παιδίον τι γεννήσῃ »;
Χαίρουσι πολλοὶ τῶν ὑπερβολῇ κούφων,
ἐφ' οἷς ἄγαν μέλλουσιν οὐχὶ χαιρήσειν.

11. A, ὥραν ἐκφορουμένης. Scripsi ὥρην (vide F. 28, n. 4) et ἐκφορουμένην. Suidas : ἐκφορούμενοι, ἐκκενούμενοι. Adscripsit Μηνᾶς : « Je pense qu'il faut écrire ἐκφορουμένους, pour φορουμένους ἐκ τῆς λύπης. On dit bien en grec, ἔκφορος ἐκ τοῦ πάθους ». A viro d. dissentire liceat.

Fab. XXIV. Conf. Coray. Fab. 350, p. 326, 407 ; Knochius fragm. 6.

1. Bastius videndus de formula ὥρα θέρους Epist. crit. p. 109.

4, 5. Suidas : Παιὰν, εἶδος ᾠδῆς· « Ὁ

Hinc nos id intelligere consentaneum est, inconsultas non esse diis ferendas preces, quas præsens effuderit dolor.

XXIV.

SOLIS NUPTIÆ.

Nuptiæ Solis fiebant æstatis tempore. Lætas autem animalia agitabant epulas deo.

Ac ranæ choros ducebant palustres, quas compescens rubeta « Non pæanum » ait, « hæc nobis est occasio, at sollici« tudinum et mœstitiæ. Qui solus enim laticem exsiccat omnem, « quid non patiemur mali, si, uxore ducta, similem sibi ge« nuerit filium » ?

Gaudent hominum valde levium plurimi, ob res quæ non multum illis creabunt gaudii.

δ' εἶπε κλαύσας φρῦνος · οὐχὶ παιᾶνος Τοῦτ' ἐστὶν ἡμῖν, φροντίδος δὲ καὶ λύπης». Non addidit auctoris nomen. Multo præstat nova quam exhibeo lectionem. Suidas : φρῦνος, ὁ ἀδιάπλαστος βάτραχος. Quæ interpretatio hic et F. 28 non convenit. Pro οἷς forsan est legendum οὕς.

6, 7, 8. Sunt apud Suidam V. αὐήνας, ξηράνας ... ἐκ τοῦ αὐαίνω ῥήματος· Εἰ γὰρ ..... ὅταν γήμας..... Nec auctorem nominavit. Idem : λιϐάδα · σταγόνα, κρήνην, ἔνυδρον τόπον.

ΚΕ′.

ΛΑΓΩΟΙ ΚΑΙ ΒΑΤΡΑΧΟΙ.

Γνώμη λαγωοὺς εἶχε μηκέτι ζώειν,
πάντας δὲ λίμνης εἰς μέλαν πεσεῖν ὕδωρ,
ὁθούνεκ' εἰσὶν ἀδρανέστατοι ζῴων,
ψυχάς τ' ἄτολμοι, μοῦνον εἰδότες φεύγειν.
Ἐπεὶ δὲ λίμνης ἐγγὺς ἦσαν εὐρείης,
καὶ βατράχων ὅμιλον εἶδον ἀκταίων
βαθέην ἐς ἰλὺν ὀκλαδιστὶ πηδώντων,
ἐπεστάθησαν. Καί τις εἶπε θαρσήσας·
« Ἂψ νῦν ἴωμεν· οὐκέτι χρεὼν θνήσκειν·
ὁρῶ γὰρ ἄλλους ἀσθενεστέρους ἡμῶν ».

ΚϚ′.

ΓΕΩΡΓΟΣ ΚΑΙ ΓΕΡΑΝΟΙ.

Γέρανοι γεωργοῦ κατενέμοντο τὴν χώρην

Fab. XXV. Conf. Corayus Fab. 53, p. 37... 310; Knochius fragm. 2.

1. A, ζώειν.

3. Suidas : ἀδρανὲς, ἀσθενές· καὶ ἀδρανία, ἀδυναμία, ἀσθένεια.

3, 4. Suidas : ἄτολμοι, δειλοὶ, κατεπτηκότες· et recitat duos hosce versus, sine auctoris nomine. Suidas, ὅθ' οὕνεκ', et sic A. Scripsi, ut nunc scribunt viri grammatici doctissimi. Suidas, ψυχὰς ἄτολμοι, absque particula.

6. Suidas : ἀκταίη, ἡ παραθαλασσία. Et versum apponit, auctore non nominato.

7. Suidas : ὀκλαδία, ἡ ὄκλασις. Ὀκλαδίας, ὁ συγκεκλασμένος διφρός... καὶ αὖθις· « Βαθεῖαν εἰς ἰλὺν ὀκλαστὶ πηδώντων »· περὶ βατράχων ὁ λόγος. Forma

XXV.

LEPORES ET RANÆ.

Stabat leporibus sententia, non vivere amplius, sed cunctos in nigram se paludis undam dare præcipites, quoniam animantium sunt imbecillimi, et animis inaudaces, tantum scientes fugæ.

Ast quum paludem prope spatiosam venissent, ranarumque turbam vidissent litorearum, profundum in cœnum flexis insilientium cruribus, restiterunt. Et aliquis sic est fidenti voce loquutus : « Nunc pedes retro feramus. Non jam mori necesse « est. Alios enim video nobis invalidiores. »

XXVI.

AGRICOLA ET GRUES.

Grues agricolæ arva depopulabantur, quibus nuper fru-

est Homerica βαθέη. Addæus Anth. 6, 228 : βαθέῃ ἐνὶ ποίῃ. Babrius F. 73, 1, ὀξέην· F. 77, 4, ὀξέη. Adverbium ὀκλαδιστὶ nondum erat notum.

10. Post hunc versum est in apographo spatium vacuum, cum notula λείπει. Deest videlicet epimythium. Adscripsit Μηνᾶς : « L'affabulation manque. Aussi le copiste a-t-il laissé du blanc. On peut y suppléer en écrivant : ὁ ἀθλιώτερος τῶν ὑποδεεστέρων βίος εὐμαρῶς τὸν ἡμέτερον φέρειν παρασκευάζει ». Possunt, si sit tanti, admoveri affabulationes fabularum in Corayana, quarum hæcce placet in primis ob brevitatem : μὴ ἀπογινώσκειν.

Fab. XXVI. Conf. Knochius Fragm. 35.

1, 2. A, χώραν. — Suidas : Πυρινῷ

ἐσπαρμένην νεωστὶ πυρίνῳ σίτῳ.
Ὁ δ' ἄχρι πολλοῦ σφενδόνην κενὴν σείων,
ἐδίωκεν αὐτὰς τῷ φόβῳ καταπλήσσων.
Αἱ δ' ὡς ἐπέσχον σφενδονῶντα τὰς αὔρας,
κατεφρόνησαν λοιπὸν, ὥστε μὴ φεύγειν,
ἕως ἐκεῖνος οὐκέθ', ὡς πρὶν εἰώθει,
λίθους δὲ βάλλων, ἠλόησε τὰς πλείους.
Αἱ δ' ἐκλιποῦσαι τὴν ἄρουραν, ἀλλήλαις
« Φεύγωμεν » ἐκραύγαζον « εἰς τὰς Πυγμαίων·
« ἄνθρωπος οὗτος οὐκέτ' ἐκφοβεῖν ἡμᾶς
« ἔοικεν· ἤδη δ' ἄρχεταί τι καὶ πράσσειν ».

Παραίνεσιν ὁ λόγος ἔχει δεῖν ταῖς ἐκ λόγων παραινέσεσι πταίοντας εἴκειν, ἵνα μὴ ταῖς ἐξ ἔργων ὀψέ ποτε πειραθεῖεν ὀδύναις.

σίτῳ· « Γέρανοι γεωργοῦ κατενέμοντο χώρην ... σίτῳ » · πυρὸς γὰρ ὁ σῖτος. Non nominat auctorem. Articulum τὴν restituerat Tupius Emend. t. 2, p. 127. Et olim in Suidæ editionibus scriptum erat χώραν, quod e codicibus in χώρην mutavit apte Gaisfordius, et ipse nunc sumsi.

5. Non obvium est facile ἐπέχειν in sensu videndi, intelligendi. Aliud est exemplum Fab. 50, 11. — Suidas : σφενδονῶ, αἰτιατικῇ· additque nihil.

7. Videtur excidisse versus, qui sententiam in οὐκέτι inchoatam perficiat. Potest tamen subaudiri ἐποίησεν, ἔπρασσεν, ellipsi non rara ejus verbi.

8. A, βαλών. Scripsi βάλλων, metro postulante. Suidas in Ἀλοάων... τὸ δὲ συγκόψαι πληγαῖς, ἀλοῆσαι... ἠλόησεν,... ἀντὶ τοῦ ἔτυψεν.

10. Scilicet εἰς τὰς χώρας Πυγμαίων, quibuscum felicius pugnabimus. De gruum cum Pygmæis bello annotare memini ad Philostr. Her. p. 528, ad Planudeas Metamorphoses pag. 228. Adde Banier. Dissert. de Pygmeis in Memor. Acad. Inscr. t. 5; Knoch. et ceteros interpretes ad Anton. Liber.

mentum severat triticeum. Et ille, vacua longum quassata funda, fugabat aves perculsas metu.

Quem quum intellexere funda ferientem auras, despexere deinceps ut jam non fugerent, donec non diutius egit quomodo sueverat, sed jactis lapidibus contudit plurimas.

Grues autem, agro derelicto, aliæ aliis « Fugiamus » crocitabant, « in Pygmæorum regionem. Homo iste non amplius nos « territare velle videtur; sed incipit jam et facere aliquid ».

Id habet adhortationis fabula : oportere scilicet homines qui peccant monitorum parere sermonibus, ne serius aliquando veris tententur doloribus.

c. 16; Fabric. Opusc. p. 452; Hardt. Dissertatione qua et « Ezechielem a Pygmeis liberat » (scilicet a *Gammadin*, in Vulgata *Pygmæis*, in græca conversione φύλαξι, sed jam pridem ab aliis liberatum); Pontani Theoremata de Pygmæis; Barnes. ad Eurip. Hel. 1496; Creuzer. Comm. Herod. p. 154. Rabelæsii nugas quærat qui Rabelæsium amat.

12. Πράσσειν τι ut in Theocrito 14, 70 : ποιεῖν τι δεῖ ἇς γόνυ χλωρόν. Cf. F. 20, 8; 59, 17, et Euripidis locum p. 47.

In affabulatione A, ἥκειν. Usus iotacismi permutatione, εἴκειν reposui, quod verbum sententiæ aptissimum est; usus etiam Gnomologio Georgidæ in meis Anecdotis Gr. t. 1, p. 31, qui hanc excerpsit sententiam : δεῖν ταῖς ἐκ λόγων παραινέσεσιν τοὺς πταίοντας εἴκειν, ἵνα μὴ ταῖς ἐξ ἔργων ὀψέ πότε παρατεθεῖεν ὀδύναις. Eam inveni anonymam et sic edidi; sed nuper alium Georgidæ codicem mecum communicavit Μηνᾶς vir doct., in quo legitur margini appositum nomen Βαβρίου. Poterit præferri lectio παραταθεῖεν, sed non multum interest quæ eligatur.

ΚΖ'.

ΓΑΛΗ ΣΥΛΛΗΦΘΕΙΣΑ.

Γαλῆν δόλῳ τις συλλαβών τε καὶ δήσας,
ἔπνιγεν ὑδάτων ἐν συναγγίᾳ κοίλῃ·
τῆς δ' αὖ λεγούσης, « Ὡς κακὴν χάριν τίνεις
« ὧν ὠφέλουν θηρῶσα μῦς τε καὶ σαύρας »!
« Ἐπιμαρτυρῶ σοι », φησίν· « ἀλλὰ καὶ πάσας
« ἔπνιγες ὄρνεις, πάντα δ' οἶκον ἠρήμους,
« κρεῶν ἀνέῳγες ἄγγος· ὥστε τεθνήξῃ,
« βλάπτουσα μᾶλλον, ἤπερ ὠφελοῦσ' ἡμᾶς ».

Πρὸς τοὺς μετρίως μὲν ὠφελοῦντας, βλάπτοντας δὲ τὰ μεγάλα, εὔκαιρός ἐστιν ὁ λόγος.

Conf. Coray. Fab. 406; Knochius Fab. 4; Phædrus Fab. 1, 22.

1. Fabula Corayanæ, quæ aliam textus Babriani recensionem exhibere videtur, in fine versus habet δήσας, quod recepi; nam πνίγων in A, quod sequitur ἔπνιγεν, non tolerandum est.

2. A, συναγγίᾳ. Fabula Cor. : ἔπνιγε βάλλων ὕδατος ἐν συνεχείᾳ. Correxit Bernhardyus συναγκείᾳ, quod et ipse conjeceram, recepitque Knochius. Sed ὕδατος συνάγκεια dictum est brevius, vixque intelligi potest, quum sit συνάγκεια, teste Suida, σύνδενδρος τόπος, κοῖλος τόπος· « convallis ». Servavi suspectum vocabulum, quod derivandum erit ab ἄγγος, simileque notissimo κεναγγία, κεναγγείῃ. Sed præpositio vix capio quid possit.

3. Convertere placuit ὡς in sensu admirationis. Potuissem et alio distinguere modo : λεγούσης ὡς, « Κακήν..... Nam sæpe ὅτι, ὡς, junguntur orationi directæ, qua de re non parcus fui ad Ari-

XXVII.

MUSTELA COMPREHENSA.

Mustelam dolo prensam, et vinctam, quidam cavo in vasculo suffocabat aquæ pleno. Cui dicenti, « Quam malam pro meri« tis refers gratiam mihi, quæ tibi utilem me præstiti, mures « venata lacertosque » ! respondit : « Ipse ego sum testis tibi. « Sed et omnes strangulabas gallinas, totamque desolabas do« mum, ac plena carnibus aperiebas vasa. Ergo morieris, no« cens quæ magis fuisti nobis quam utilis ».

Adversus eos qui prosunt quidem modice, at obsunt magnopere, est accommoda narratio.

stæn. p. 255. Adde Valckenarii Scholia t. 2, p. 53; Raphelium Annot. in Biblia t. 1, p. 246, t. 2, p. 8; Upton. et Schweigh. ad Epict. Dissert. 1, 2, 18; Creuzer. Melem. t. 3, p. 12. Strato 12, 214 : ἐρεῖς ὅτι, « Πλούσιός εἰμι ». Artemidorus 5, 82 : αὐτὸς δὲ λέγει ὡς, « Τὸν χαλκὸν οὐκ ἔχω, οὐδ' ὅθεν ὑμᾶς ὑποδέχομαι ». Athenæus 10, 19 : ἐπιστάσης δὲ αὐτῷ τῆς θεοῦ κατὰ τοὺς ὕπνους, καὶ εἰπούσης ὅτι, « Φιλόσοφος ὢν, ὦ Στίλπων, παραβαίνεις τὰ νόμιμα » ; Et cet.

6. Post hunc versum insertus est alius in recensione Corayanæ : Κρεῶν ἀνέῳγας ἄγγος, ὥστε τεθνήξῃ Βλάπτουσα... quod recepi scripto ἀνέῳγες cum Knochio. Malim κρεῶν τ' ἀν. At cf. F. 34, 3. Eadem formula in Fabula Schæferianæ 142 : διὰ τοῦτο γὰρ μᾶλλον τεθνήξῃ.

7. Fabula Cor. desinit in ὠφελοῦσα, fine mutilo. Niebuhrius vere divinaverat quod exhibet A, ὠφελοῦσ' ἡμᾶς.

ΚΗ΄.

ΒΟΥΣ ΚΑΙ ΦΡΥΝΟΣ.

Γέννημα φρύνου συνεπάτησε βοῦς πίνων·
ἐλθοῦσα δ' αὐτόσ' (οὐ παρῆν γάρ) ἡ μήτηρ,
παρὰ τῶν ἀδελφῶν ποῦ ποτ' ἦν ἐπεζήτει·
« Τέθνηκε, μῆτερ· ἄρτι γὰρ πρὸ τῆς ὥρης
« ἦλθεν πάχιστον τετράπουν, ὑφ' οὗ κεῖται
« χηλῇ μαλαχθέν ». Ἡ δὲ φρῦνος ἠρώτα,
φυσῶσ' ἑαυτήν, εἰ τοιοῦτον ἦν ὄγκῳ
τὸ ζῷον. Οἱ δὲ μητρί « Παῦε, μὴ πρίου·
« θᾶσσον σεαυτήν » εἶπον, « ἐκ μέσου ῥήξεις,
« ἢ τὴν ἐκείνου ποιότητα μιμήσῃ ».

Ὅτι ἐπικίνδυνον τοῖς ἐλάττοσι παρατείνεσθαι τοῖς μείζοσι.

Conf. Coray. Fab. 420, quæ textum exhibet Babrianum; Knochius Fab. 3; Phædrus 1, 24 : et infra similis argumenti fabula 42.

2. A, αὐτόν. Recepi editum αὐτόσ'. Repertum fuit a Furia αὐτόσε in Vaticano codice.

4. A, μήτηρ... ὥρας. Scripsi μῆτερ ex edito versu, cujus mendum Corayo suboluisse non videtur : Τέθνηκε, μῆτερ, εἶπον, ἄρτι πρὸ τῆς ὥρας. Scripsi ὥρης ionice, tribuens ὥρας librario, poetæ ὥρης. Est ὥρης sine varietate Fab. 12, 4; 22, 1. Sed quum me impediat formulæ sensus πρὸ τῆς ὥρης cujus exempla non novi, suspicor legendum πρῴ τῆς ὥρης, quod lectionis sum in latinis sequutus. Dixit Herodotus 9, 101 : πρωῒ ἔτι τῆς ἡμέρης.

5. A, ἦλθε. Vaticanus : ἦλθε γὰρ πάχ., quod viros d. valde turbavit.

6. Editi, μαλαχθείς. A, μαλαχθέν. Servandum, si referatur ad γέννημα, potius ad subauditum τέκνον, τέκος, in oratione matris.

7. Quum esset in codice, φυσῶ ἔμ' αὐτὴν, apte Μηνᾶς in apographo correxit, φυσῶσ' ἑαυτήν. Malit etiam nec

XXVIII.

BOS ET RUBETA.

Prolem rubetæ concalcavit bos inter bibendum. Huc autem veniens (tunc enim non aderat) mater, a fratribus ubi tandem lateret inquirebat : « Mortuus est, o mater. Modo enim summo « mane amplissima venit bellua quadrupes, cujus ungula « jacet contritus ».

Tum interrogabat rubeta sufflans se, num amplitudine tantum esset animal.

Ast illi matri « Desine ; noli te inflare. Citius te ipsam » dixerunt, « rumpes mediam, quam ejus imitaberis vastitatem ».

Quod sit imparibus periculosum decertare præstantioribus.

sine probabilitate legi τοσοῦτον pro τοιοῦτον. Est φυσῶσ' ἑαυτὴν in Vaticano, etiam τοιοῦτον, quod servavi. Simile mox nomen qualitatis, ποιότητα.

8. A, παῦε, μὴ πρίου. In edita e Vaticano fabula : παύου, μὴ ποιοῦ, μῆτερ. Est παῦε forma optima ac notissima, qua et poetæ sunt usi et prosaici auctores. Plus est difficultatis in πρίου. Mutare suadet Corayus ποιοῦ in πιοῦ a πιοῦμαι, quod synonymon esse ait τοῦ παχύνομαι. Quum reperiatur apud Hesychium πρίεται pro φυσᾶται, illa glossa, quamvis suspecta, me cohibuit ab omni mutandi tentamine, et, servata quam reperi lectione, exspectabo codicis alius auxilium, vel feliciorem conjecturam.

10. A, ποσότητα, quod metrum respuit. Vix placeret ποσσότητα, etsi sit τόσση F. 36, 8. Sed metro satisfacit lectio Vaticana ποιότητα, quam post alios recepi. Inveni in codice 2991 A Ignatii fabulam hancce : Χηλῇ βοὸς πατεῖτο βατράχου τέκος· Ὀργῇ δὲ μήτηρ εἶπεν ἧς θλάσε τέκος· Καὶ τέκνον ἄλλο φησί· κἂν ῥαγῇς ὅλη, Πρὸς οὐδὲν αὐτῷ, μῆτερ, ἐμφερὴς ἔσῃ. Aliam e Bandinii Catalogo recensionem apposuit Knochius p. 63, quam conferre poterunt quibus græca placent quoquo modo scripta.

ΚΘ′.

ΙΠΠΟΣ ΓΕΡΩΝ.

Γέρων ποθ' ἵππος εἰς ἀλητὸν ἐπράθη.
Ζευχθεὶς ὑπὸ μύλην ἑσπέρην τάλας πᾶσαν,
καὶ δὴ στενάξας, εἶπεν· « Ἐκ δρόμων οἵων
« καμπτῆρας οἵους ἀλφίτοισι γυρεύω »!
Μὴ λίαν ἐπαίρου πρὸς τὸ τῆς ἀκμῆς γαῦρον·
πολλοῖς τὸ γῆρας εἰς πόνους ἀνηλώθη.

Λ′.

ΛΙΘΟΥΡΓΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΗΣ.

Γλύψας ἐπώλει λύγδινόν τις ἑρμείην.
Τὸν δ' ἠγόραζον ἄνδρες· ὃς μὲν εἰς στήλην
(υἱὸς γὰρ αὐτῷ προσφάτως ἐτεθνήκει)·
ὁ δὲ χειροτέχνης ὡς θεὸν καθιδρύσων.

Conf. Coray. Fab. 193, p. 122, 368; Nicephorus Basilacas in Rhetoribus Walzianis t. 1, p. 266, fab. 3. Quæ Basilacæ fabula ipsissima est Aphthonii fabula 13. Sic desinit Basilicas : τύχη γὰρ θνητοῖς τὴν εἰς ἕτερα φέρειν οἶδε μεταβολήν. Reperi in codice τὴν ἐφ' ἕτερα, quæ est et Apthoniana scriptura.

1. Εἰς ἀλητὸν, scilicet πρὸς τὸ ἀλήθειν, ut est in collata fabula. Hesychius : ἀλητὸν, ἄλευρον. Malim pro nomine habere simili τοῖς ἀμητὸς, τρυγητός.

2. A, τάλας πᾶσαν, sic ordinante Μηνᾶ vocabula, quæ sunt inversa in codice, πᾶσαν τάλας.

XXIX.

EQUUS SENEX.

Equus senior fuit quondam molendæ farinæ venundatus. Molæ jugatus vesperam misellus totam, atque ideo suspirans, « Cursibus » inquit, « ex qualibus quales in gyros propter « farinulas compellor » !

Ne superbias nimium præ juvenilis vigoris ferocia; multis senectus inter labores consumta fuit.

XXX.

LAPICIDA ET MERCURIUS.

Hermam ex lygdo sculptum a se quidam proponebat venui. Ac mercabantur homines, hic ut cippum faceret (filius erat enim ipsi mortuus nuperrime); ille, artifex scilicet, deum ut poneret.

3. Quæ repetitio est in οἵων οἵους placuit multum græcis scriptoribus. Exempla apposui olim ad Anecdota Græca t. 5, p. 290; nuper ad Anecdota Nova t. 1, p. 109.

4. A, καμπτῆρας.

5. A, λίην. Scripsi λίαν. Recentiores ultimam in adverbiis id genus corripiunt. Infra Fab. 41 est λίαν trochæus.

Fab. XXX. Knochius Fr. 28. Argumentum fabulæ Corayanæ 148, p. 89, 345, non est simile. Eam qui contulit Knochius, versum Suidæ tantum noverat.

1. Suidas v. Λύγδινα : ἔστι δὲ εἶδος λίθου ἡ λύγδος · et versum, auctore non nominato, recitat, cum lectione Ἑρμείαν. Notanda ac servanda forma Ἑρμείην.

Ἦν δ' ὀψέ· χὠ λιθουργὸς οὐκ ἐπεπράκει,
συνθέμενος αὐτοῖς εἰς τὸν ὄρθρον αὖ δεῖξαι
ἐλθοῦσιν. Ὁ δὲ λιθουργὸς εἶδεν ὑπνώσας
αὐτὸν τὸν Ἑρμῆν ἐν πύλῃς ὀνειρείῃς·
εἶδεν λέγοντα· « Τἀμὰ νῦν ταλαντεύῃ·
« ἓν γάρ με νεκρὸν ἢ θεὸν σὺ ποιήσεις ».

ΛΑʹ.

ΓΑΛΑΙ ΚΑΙ ΜΥΕΣ.

Γαλαῖ ποτ' εἶχον καὶ μύες πρὸς ἀλλήλους
ἄσπονδον αἰεὶ πόλεμον, αἱμάτων πλήρη·
γαλαῖ δ' ἐνίκων. Οἱ μύες δὲ τῆς ἥττης
ἐδόκουν ὑπάρχειν αἰτίην σφίσιν ταύτην,
ὅτι στρατηγοὺς οὐκ ἔχοιεν ἐκδήλους,
ἀεὶ δ' ἀτάκτως ὑπομένουσι κινδύνους.

5. A, καὶ ὁ. Facere visum est crasin χὠ. Periisse versus ante sequentem videtur.

8. A, πύλαις ὀνειρείαις. Scripsi ionice ; nam meminit Homeri Od. 4, 809 : Ἡδὺ μάλα κνώσσουσ' ἐν ὀνειρείῃσι πύλῃσιν.

9. A, εἶδε. Spondæus faciendus fuit.

11. Repetitio verbi εἶδεν non est inelegans, et auctores utriusque orationis talibus libenter utuntur ἐπαναφοραῖς. Exempla poetica congessi plurima ad Hom. Il. B, 871 ; E, 372. Callimachus Lav. 40 : Κρεῖον δ' εἰς ὄρος ᾠκίσατο, Κρεῖον ὄρος· ubi Ruhnken. bene figuram illustrat, sed de loci integritate dubitat male. Rursus 61 : Ἦ 'πὶ Κορωνείας... Ἦ 'πὶ Κορωνείας... Et mox loco controverso : Ἵππω ἐπὶ κράνᾳ Ἑλικωνίδι καλὰ ῥεοίσᾳ Λῶντο· μεσαμβρινὰ δ' εἶχ' ὄρος ἁσυχία. Ἀμφότεραι λώοντο, μεσαμβριναὶ δ' ἔσαν ὧραι· Πολλὰ δ' ἁσυχία τῆνο κατεῖχεν ὄρος. Ruhnkenius, Hemsterhusius, Ernestius, L. Dindorfius distichon alterum spurium esse pronunciaverunt ; Blomfieldius uncis inclusit ; Brunckius id omnino sustulit. Ipse Callimachum quum ederem, a mutatione abstinui ; etiam tacui, quum sit tuta silentio merces. At nuper, quum egregium Callimachi carmen prælegerem, tacere nou licebat, ac dixi videri mihi et prius nec non posterius distichon esse Callimachi, et repetitioni causam fingebam hancce. Dum incedit magna

Jamque advesperascebat, et lapicida nondum invenerat emtorem.... pactus ipsis se mane proximo rursus ostensurum, si venirent.

Ast Mercurium ipsum in somniorum portis vidit lapicida dormiens; vidit dicentem : « Fata nunc mea tuis quasi lancibus « imponis; num enim me mortuum aut deum facies.... »

XXXI.

MUSTELÆ ET MURES.

Mustelæ et mures olim inter sese bellum gerebant implacabile semper plenumque cruoribus. Et mustelæ vincebant. Mures autem putabant hanc esse cladis causam suæ, quod duces non haberent conspicuos, semperque inordinatim subirent discrimina.

cum pompa Minervæ statua Inachi fluento lavanda, narrat poeta virginibus Chariclus ac Tiresiæ fabulam. Interea pompa tarde procedit, et ob pondus statuæ, et quod ipsa religionum majestas a celeritate eundi aliena est; fieri etiam stationes valde est probabile, quas inter nervorum concentus et vocum lyrica canentium audiebantur, silebatque Callimachus. Ac denuo incedentibus ministris, usus est illa ἐπαναφορᾷ, qua solutum narrationis contextum ac quasi filum resarciret. Monendis oculis, inter disticha spatium erit relinquendum deinceps, mihi si creditur.

5, 7. Suidas: λιθουργὸς, λιθογλύπτης.

10. A, ἕν. Proposuit vir d., εἰ. Quod reddidi. Sed quum locus sit mutilus, nihil facile decerni potest. Post hunc versum est in A lacuna, adscripto λείπει.

Fab. XXXI. Conf. Coray Fab. 242, p. 159, 382, 383; Knochii Fragm. 41.

1, 3. A, μῦες. Bene μύας v. 16.

2. Suidas: ἄσπονδοι ἐχθροὶ, ἀδιάλλακτοι· ἄσπειστον ἔχθραν, ἄσπονδον μῖσος.

6. A, ἀτάκτους. Scripsi ἀτάκτως. Nam subeuntur κίνδυνοι ἀτάκτως, non ἄτακτοι. Sed argumentorum simplicia non satis sunt criticis, quos dicunt, verbalibus, et ostendam ob scribendi compendia permutatos fines ους et ως. Lysias in Eratosth. § 36 : ὁμολογοῦσιν ἑκόντες πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀποκτιννύναι. Inveni ἀκρίτως in Vati-

Εἵλοντο τοίνυν τοὺς γένει τε καὶ ῥώμῃ
γνώμῃ τ' ἀρίστους, εἰς μάχην τε γενναίους,
οἳ σφᾶς ἐκόσμουν, καὶ διεῖλον εἰς ἴλας
λόχους τε καὶ φάλαγγας, ὡς ἐν ἀνθρώποις.
Ἐπεὶ δ' ἐτάχθη πάντα καὶ συνηθροίσθη,
καί τις γαλῆν μῦς προὐκαλεῖτο θαρσήσας,
οἵ τε στρατηγοὶ λεπτὰ πηλίνων τειχῶν
κάρφη μετώποις ἁρμόσαντες ἀχρεῖα,
ἡγοῦντο, παντὸς ἐκφανέστατοι πλήθους.
Πάλιν δὲ φύζα τοὺς μύας κατειλήφει.
Ἄλλοι μὲν οὖν σωθέντες ἦσαν ἐν τρώγλαις·
τοὺς δὲ στρατηγοὺς εἰστρέχοντας οὐκ εἴα
τὰ περισσὰ κάρφη τῆς ὀπῆς ἔσω δύνειν,
μόνοι θ' ἑάλοσαν αὐτόθι τῶν μυχῶν πρόσθεν.
Νίκη δ' ἐπ' αὐτοῖς καὶ τρόπαιον εἱστήκει,
γαλῆς ἑκάστης μῦν στρατηγὸν ἑλκούσης.
Λέγει δ' ὁ μῦθος· « Εἰς τὸ ζῆν ἀκινδύνως
« τῆς λαμπρότητος εὐτέλεια βελτίων ».

cano 88, quod tenet et Coislinianus. Utraque lectio proba est, adestque aliis Lysiæ locis : § 82 : τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας ἀκρίτως ἀπέκτειναν· § 83 : πατέρας καὶ υἱεῖς καὶ ἀδελφοὺς ἀκρίτως ἀπέκτειναν. Qua in sententia ἀκρίτους ex varietate sumsit vir doct. Adjectivo usus est Isocrates Areop. § 67 : χιλίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀπέκτειναν· adverbio Philo De Josepho § 10 : ἀκρίτως κατέγνω τοῦ μηδὲν ἠδικηκότος· rursus Legat. § 32 : ἀκρίτους καταγνωσθῆναι χαλεπόν. Athenæus 5, 52 : ἀκρίτους ἀπώλλυε. Libanius t. 3, p. 67 : τῶν τὸ Σωκράτους μέρος οὐκ ἀπολωλότων ἀκρίτων· sic Reiskius e codice, quum scriptum olim esset ἀκρίτως. Ælianus H. V. 14, 27 : Ἀγησίλαος συνεβούλευσεν ἀκρίτως ἀποκτείνειν τοὺς συνιόντας νύκτωρ. Basilius Hom. Mor. p. 347 : οἱ μὲν κατηγορούμενοι καταδικάζονται ἀκρίτως. Lysias in Diogit. § 17 : τοὺς δ' ἐμοὺς ἀδικεῖς, οὓς ἀτίμως ἐκ τῆς οἰκίας ἐκβαλών... Ibi ἀτίμους est in codicibus apud Grossum duobus. Jam possunt homines ἀκρίτως condemnari et ἄκριτοι, ἀτίμως et ἄτιμοι ejici ; subiri non queunt ἄτακτοι κίνδυνοι, queunt ἀτάκτως.

9. Suidas : κοσμεῖ, διατάττει. Idem : ἰλὰς, ἀγέλας ἢ τάξεις... ἰλὴ... τάξις ὄχλου ἱππικοῦ.

10. Suidas : λόχος, σύστημα ἐξ ἀνδρῶν ὀκτώ... et ex pluribus etiam. Habet Suidas duos hosce versus in Φρήτρα, ἡ συγγένεια, quos male critici ad Fab. 85 retulerunt : Οἳ σφᾶς ἐκόσμουν καὶ διεῖλον ἐς φρήτρας, Λόχους τε καὶ φάλαγγας,

Elegerunt igitur genere et robore prudentiaque insignissimos, et generosi spiritus bellatores, qui ipsos per ordines disposuerunt, et in agmina turmasque separarunt, et cohortes phalangesque, ut mos est inter homines.

Ergo postquam fuere cuncta disposita cunctique adunati, et duces, minutas ex cœnosis avulsas maceriis illigantes frontibus paleas male inutiles, præibant ante omnem eminentiores multitudinem, jam mustelarnm quamdam quidam murium forti confisus pectore provocabat. At rursus trepidus mures invasit pavor.

Ceteri quidem in cava salvi irrepserunt; duces vero superfluæ illæ stipulæ intus non sinebant penetrare foraminis, atque soli hic loci capti sunt, hærentes in portis. De iis reportata victoria fuit erectumque tropæum, unaquaque ducem mustela murem trahente.

Hoc monet fabula : « Ad vitam tuto transigendum fortuna« rum claritudine melius conducit humilitas ».

ὥσπερ ἀνθρώπους. Et hic sunt duplicis recensionis reliquiæ.

12. Videtur meliorem fore ordinem sententiarum, si versus hic Καί τις γαλῆν... post versum decimum quintum transponeretur. Et in latinis transposui.

13. Sunt τείχη propugnacula quæ sibi struxerant mures. Vel legendum τοίχων, et erunt τοῖχοι muri quibus agri clauduntur, maceriæ luteæ.

16. Suidas : φύζα· δειλία, φυγή. A, κατειλήφεν, fortuito, ut videtur, calami ductu, pro κατειλήφει, quod rescripsi. Valde placuit Babrio id tempus. Vide Fab. 13, n. 2. Vel est vitium in accentu, et legendum κατείληφεν.

17. Suidas : τρώγλη, ἡ ὀπή. Et versum apposuit, auctore non nominato.

20. A, μόνοι θ' ἑάλωσαν αὐτόθι μυχῶν πρόσθεν. Scriptura corrupta est, sententia tamen integra. Aristophanes secundam in ἑάλω produxit, qui sic clauserit versum anapæsticum : Νάξος ἑάλω. Nunc erit ἑάλωσαν pæon tertius, eritque anapæstus secundæ sedis, quod licentiæ sumsit poeta nonnusquam. Sed et sequentia claudicant. Non potest αὐτόθι locum tenere, ni τῶν addatur, et pes quartus fiet anapæstus, qui per se valde incertus, omnino hic rejiciendus est post ἑάλωσαν secundæ sedis. Sanavi metrum quodammodo scripto ἐάλοσαν et addito τῶν. Placeret multum αὐτόθεν μυχ., « illico, confestim ».

23. Est τὸ ζῆν spondæus. Idem mendum F. 14, 5, ubi n.

ΛΒ΄.

ΓΑΛΗ ΚΑΙ ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

Γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθείσῃ
δίδωσι σεμνὴ Κύπρις, ἡ Πόθων μήτηρ,
μορφὴν ἀμεῖψαι καὶ λαβεῖν γυναικείην
καλῆς γυναικὸς, ἧς τις οὐκ ἔχων ἦρα·
ἰδὼν δ' ἐκεῖνος (ἐν μέρει γὰρ ἡλώκει)
γαμεῖν ἔμελλεν. Ἡρμένου δὲ τοῦ δείπνου,
παρέδραμεν μῦς. Ἡ δὲ τῆς βαθυστρώτου
καταβᾶσα κλίνης ἐπεδίωκεν ἡ νύμφη·

Conf. Coray. Fab. 169, p. 103, 155; Milleriana p. 257; Knochius Fragm 8; Gregorius Naz. Tollii p. 62, v. 701.

1. Julianus Ep. 57, p. 113 : τὸν μῦθον ἀκήκοας τοῦ Βαβρίου· « Γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθεῖσα »· τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε. Resecanda verba τοῦ Βαβρίου nuper addita sine idonea auctoritate, cum nota nec ea bona qua confunduntur Babrius et Gabrias. Nec lectorem conturbet Julianea lectio γαλῆ ἐρασθεῖσα. Lapsus est memoriæ. Adde Huschkium in Miscell. Matthiæ t. 1, p. 11.

4. Forsan, ἧς τίς οὐκ ἔχων ἦρα; « quam quis non ardebat »? sumto ἔχων ut in formula παίζεις ἔχων, memorata Gregorio Cor. Dial. Att. § 75, ubi vide interpretes. Plato Gorgias § 100 : φλυαρεῖς ἔχων· ibi Thurot. p. 261, et Heindorf., quem vide et ad § 113, addito Astio ad Plat. Phædr. c. 12; et c. Photius Epist. 208, p. 305 : ἐννοήσας τὸ « ἔνιοί τινες » καὶ τὸ « σφᾶς αὐτούς » καὶ τὸ « ἀπῆλθεν ἔχων », ἃ τοῖς ἑλληνικοῖς πλεονάζει γράμμασι. Postulat vir doct. ad Viger. p. 777 unde phrasin ἀπῆλθεν ἔχων sumsisset Ruhnkenius ad Tim. p. 258, et negat quoque posse ἀπῆλθεν ἔχων dici pro simplici ἀπῆλθε. Idoneum nunc habet auctorem Photium, quem respiciebat, opinor, professor batavus.

5. Suidas : ἐν τῷ μέρει, ἀντὶ τοῦ κατά τι μέρος διαδεχόμενος ἕτερος τὸν ἕτερον· καὶ αὖθις· « Ἰδὼν κἀκεῖνος (ἐν μέρει γὰρ ἡλώκει) Γαμεῖν ἔμελλεν ». Nec auctorem nominat. Veram lectionem, quam codex novus suppeditat, divinaverat Tupius Emend. t. 1, p. 178. Alii critici aliter.

6. A, ἡρμένου. Scripsi ἠρμένου. Suidas : αἴρειν... τράπεζαν παρατιθέναι· αἴρειν, καὶ τὸ προσφέρειν δηλοῖ... αἰρόμενος, φερόμενος.

7. A, παρέδραμε. Scripsi παρέδραμεν. Pæon secundus hic non convenit. Alius

XXXII.

MUSTELA ET VENUS.

Olim mustelæ, pulchrum quæ amabat virum, Cypris augusta dedit, Cupidinum mater, formam mutare et fœmineam assumere, fœminæque venustæ, quam qui non habebat ardebat. Conspectam vir ille (nam captus est qui ceperat) uxorem ducere destinabat.

Mensa autem posita, mus prætercurrit, quem alte strato

pæon quintam Severi Sancti stropham corrumpit : « Nunc lapsa penitus spes opis est meæ ». Propono : « Nunc lapsa heu! penitus spes opis est meæ »; vel, « Nunc lapsa est penitus spes opis heu! meæ ». Eadem syllaba poterit implere numerum versiculi in *carmine populari,* cujus hanc stropham reperi laudatam a Magninio viro doct., qui de Sylloge Dumerilliana retulit nuper in Diario Eruditorum : « Mortui jacent sacerdotes Domini, Nec erat membra qui sepulcro conderet; Post terga vincti captivantur alii, Servituri ». Quartus versus est brevior; nam in ceteris strophis quinis constat syllabis. Legerim : « Heu! servituri ». Tres primi versus constant syllabis duodecim cum accentu antepenultimo extremi vocabuli. Inde manifestum inest vitium huic strophæ: « Illa quis luctus esse die potuit, Quum inde flammæ, hinc sævirent gladii, Et ætati teneræ nec sexui Parceret hostis. Deest versui tertio syllaba. Legerim : « neque sexui ». Aliud est mendum in alia stropha : « Hoc autem scelus peractum, quod descripsi rhythmice, Angelbertus ego vidi, pugnansque cum aliis, Solus de multis remansi prima fontis acie ». Bene intellexit Magninius legendum esse « frontis ». Constant versus isti syllabis quindecim, cum cæsura post octavam et accentu penultimo prioris hemistichii, posterioris antepenultimo. Simile metrum tractans ad Anecdota Nova t. 1, p. 405, non animadverteram esse similes hemistichiorum tonos.

7. Suidas : βαθύστρωτος κοίτη· « τὸν δὲ τῆς βαθυστρώτου Καταβᾶσα κοίτης ἐπεδίωκεν ἡ νύμφη »· ἀντὶ τοῦ πολυτελοῦς. Nec addit auctoris nomen. Valde placet Suidæ varians lectio τὸν δέ.

8. Νύμφη) Nazianzenus : Νύμφη μὲν ἦν, γαλῆ δέ. Præcessit versus mendosus: Γαλῆν καθίζει μῦθος εἴσω παστάδος·

γάμου δὲ δαιτὴ λέλυτο. Καὶ καλῶς παίξας
Ἔρως ἀπῆλθε. Τῇ φύσει γὰρ ἡττήθη.

Πρὸς τοὺς τὴν φύσιν τῶν πραγμάτων ὁρᾷν ὡς ἔχει μὴ βουλομένους, τῇ δὲ τούτων φαντασίᾳ πλανωμένους ἔλεγχον ὁ μῦθος ἔχει.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Δ.

ΛΓ΄.

ΓΕΩΡΓΟΣ ΚΑΙ ΨΑΡΕΣ.

Δυσμαὶ μὲν ἦσαν Πλειάδων, σπόρου δ' ὥρη·
καί τις γεωργὸς πυρὸν εἰς νειὸν ῥίψας,
ἐφύλασσεν ἑστώς. Καὶ γὰρ ἄκριτον πλήθει
μέλαν κολοιῶν ἔθνος ἦλθε δυσφώνων,
ψᾶρές τ' ὄλεθρος σπερμάτων ἀρουραίων.
Τῷ δ' ἠκολούθει σφενδόνην ἔχων κοίλην
παιδίσκος. Οἱ δὲ ψᾶρες ἐκ συνηθείης
ἤκουον εἰ τὴν σφενδόνην πότ' ᾐτήκει,
καὶ πρὶν λαβεῖν ἔφευγον. Εὗρε δὴ τέχνην

Νύμφῃ γὰρ εἶχε, νυμφικῶς ἐσταλμένη. Propono ν. γὰρ εἶκε, vel νύμφη γ. ἔσκε.

9. A, γάμου δὲ δαιτὶ δέδυτο. In quibus quis sensus sit non video. Scripsi probabilissime : γάμου δὲ δαιτὴ λέλυτο. Suidas : δαιτὴ ἐπ' εὐθείας διὰ τοῦ η, ἡ εὐωχία. De accentu cum Suida non convenit Arcadio. Sed potuit Babrius δαιτὴ pronunciare; illumque forsan respexit Suidas, qui ejus fabulas assidue versabat.

10. A, τῷ φύσει. Correxerat τῇ vir d. anonymus.

Fab. XXXIII. Cf. Coray. F. 418, in qua plurimi insunt choliambici, quos circa plerumque lusit operam vir optimus.

descendens lecto sponsa persequuta fuit; sicque solutum est nuptiale convivium. Ac belle quum risisset, Amor abiit.

Natura enim mulier victa fuit.

Eos qui rerum naturam quo habeat modo cernere nolunt, sed earum speciosa imagine decipi se patiuntur, redarguit fabula.

XXXIII.

AGRICOLA ET STURNI.

Pleiadum aderat occasus tempusque sementis; et agricola quidam, tritico in sulcos jacto, id custodiens stabat. Numero quippe carens advolavit nigra graculorum natio rauca sonantium, sturnique seminum calamitas cerealium.

Huic comes erat fundam manu tenens cavam puerulus.

Auscultabant autem sturni an, ut solebat, fundam forte petiisset, et, priusquam manu cepisset, aufugiebant. Ideo

1. « Occidunt Pleiades autumnali tempore » (Servio monente ad Virg. G. 4, 232), quod est arationi et sementibus adcommodum. Hesiodus E. v. 381 : Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσσομενάων. Vide Stanl. ad Agam. 835.

2. Suidas : νειὸς, ἡ νενεασμένη γῆ.

5. A, ψάρες. Sed ψᾶρες bene v. 15. Junxit Homerus κολοιούς τε ψῆράς τε, Il. 16, 583.

8 A, ἠτήκει. Proposuit scribere vir d., ἠχήκει. Corayana, ποτ' ἰθύνει. Scripsi ᾐτήκει.

9. Adscripsit Μηνᾶς corrigendum βαλεῖν. Hoc etiam exhibet fabula Corayana. Servavi λαβεῖν quod loco apprime convenit.

ὁ γεωργὸς ἄλλην· τόν τε παῖδα φωνήσας
ἐδίδασκεν· « Ὦ παῖ· χρὴ γὰρ ὀρνέων ἡμᾶς
« σοφὸν δολῶσαι φῦλον. Ἡνίκ' ἂν τοίνυν
« ἔλθωσιν, ἐγὼ μέν » εἶπεν, « ἄρτον αἰτήσω·
« σὺ δ' οὐ τὸν ἄρτον, σφενδόνην δέ μοι δώσεις ».
Οἱ ψᾶρες ἦλθον, κἀνέμοντο τὴν χώρην.
Ὁ δ' ἄρτον ᾔτει, καθάπερ εἶχε συνθήκην,
Οἱ δ' οὐκ ἔφευγον. Τῷ δ' ὁ παῖς λίθων πλήρη
τὴν σφενδόνην ἔδωκεν· ὁ δὲ γέρων ῥίψας
τοῦ μὲν τὸ βρέγμα, τοῦ δ' ἔτυψε τὴν κνήμην,
ἑτέρου τὸν ὦμον. Οἱ δ' ἔφευγον ἐκ χώρης.
Γέρανοι συνήντων, καὶ τὸ συμβὰν ἠρώτων.
Καί τις κολοιῶν εἶπε· « Φεύγετ' ἀνθρώπων
« γένος πονηρὸν, ἄλλα μὲν πρὸς ἀλλήλους
« λαλεῖν μαθόντων, ἄλλα δ' ἔργα ποιούντων ».
Δεινὸν τὸ φῦλον τῶν δόλῳ τι πραττόντων.

ΛΔ'.

ΠΑΙΣ ΕΣΘΙΩΝ ΣΠΛΑΓΧΝΑ.

Δήμητρι ταῦρον ὄχλος ἀγρότης θύων,

12. A, ἡνίκα. Sumsi necessariam lectionem ἡνίκ' ἂν e textu Corayanæ.

15. A, καὶ ἐνέμοντο. Scripsi κἀνέμοντο. Corayana, καὶ νέμοντο. Sed de omissione augmenti valde dubito. Est κἄτρεφε, 76, 2; κἀφίλει, 106, 7. Exstat quidem ἀεὶ βόσκοντο in fragmento apud Suidam v. γέρανος. Sed vide n. ad Fab. 64, 12; 65, 1.

19. Suidas : βρέγμα καὶ βρέγμον· τὸ ὑπερμετώπιον μέρος.

24. A, ἄλλα δὲ ποιούντων. Supplementum obtulit editio Corayana. Faernus affabulatione Fabulæ Lupi et Mu-

dolum excogitavit alium agricola; vocatumque ad se puerum his monuit verbis : « Puer ! oportet scilicet astutam astu fallere « avium gentem. Idcirco quum venerint, » inquit, « ego panem « postulabo; tu vero non panem, sed mihi fundam dabis ».

Venerunt sturni et agrum depascebant. At ille poscebat panem, ex pacto, sturnique non fugiebant. Tum plenam saxis fundam tradidit puer seni, qui misit, et hujus sinciput, illius percussit tibiam, alius humerum. Ab agro sturni fugerunt procul. Quos obviæ grues quid accidisset interrogabant. Et ex graculis unus « Fugite » dixit, « hominum genus mali- « gnum, qui solent inter se loqui aliter et aliter agere ».

Pessimum est illorum genus qui utuntur dolo.

XXXIV.

PUER EXTA COMEDENS.

Cereri taurum turba rustica quum immolarent, amplam

lieris, quæ fabula conferenda est cum Babriana 16 : « proh supreme Jupiter! Alia dicunt, alia faciunt hice mortales, ait ».

25. A, ὅτι δεινόν. Sublato ὅτι versum habui choliambicum, poetæ, ut visum est, restituendum. Nam potest quidem affabulator prosaicus in versum choliambicum forte incidere, sed non usus esset nomine φῦλον. Epimythio caret fabula Corayana.

Fab. XXXIV. Conf. Coray. Fab. 262, p. 173, 391; Milleriana p. 255; Knochii fragm. 42.

ἅλω πλατεῖαν οἰνάσιν κατεστρώκει,
κρεῶν τραπέζας εἶχε, καὶ πίθους οἴνου.
Ἐκ τῶν δὲ παίδων ἐσθίων τις ἀπλήστως
ὑπὸ τῶν βοείων ἐγκάτων ἐφυσήθη,
κἀπῆλθ' ἐς οἴκους, γαστρὸς ὄγκον ἀλγήσας.
Πεσὼν δ' ἐφ' ὑγραῖς μητρὸς ἀγκάλαις, « Οἴμοι!
« Τί ταῦτ' »; ἐφώνει· « δυστυχὴς ἀποθνήσκω.
« Τὰ σπλάγχνα γὰρ, τεκοῦσα, πάντα μου πίπτει ».
Ἡ δ' εἶπε· « Θάρσει, κἀπόϐαλλε· μὴ φείδου·
« οὐ γὰρ σὰ, τέκνον, ἀλλ' ἐμεῖς τὰ τοῦ ταύρου ».
Ὅταν ὀρφανοῦ τις οὐσίαν ἀναλώσας,
ἔπειτα ταύτην ἐκτίνων ἀποιμώζῃ,
πρὸς τοῦτον ἄν τις καταχρέοιτο τῷ μύθῳ.

ΛΕ΄.

ΠΙΘΗΚΟΙ.

Δύο μὲν υἱοὺς ἡ πίθηκος ὠδίνει·
τεκοῦσα δ' αὐτοῖς ἐστιν οὐκ ἴση μήτηρ·
ἀλλ' ὃν μὲν αὐτῶν, ἀθλίης ὑπ' εὐνοίης,
θάλπουσα κολποῖς ἀγρίοις ἀποπνίγει,

2. A, Οἰνάσι. Feci creticum. Est οἰνάσιν nove dictum pro viteis foliis, pro οἰνάροις, quod vocabulum invenerat Suidas : οἴναρα τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα· « Δήμητρι ταύρων ὄχλον ἀγρότης θύσας Ἅλω πλατεῖαν οἰνάροις ὑπεστρώκει ». Babrium non nominavit Suidas, qui in priore versu corrigetur ex codice hocce meo, sed cui et οἰνάροις relinquam et ὑπεστρώκει. Sunt et hic duarum recensionum vestigia.

3. Fors. τραπέζας τ'. Sed potest abesse

aream pampinis constraverant, carnibusque mensas onustas habuere ac vini dolia.

Unus autem ex pueris, quum inexpletum comedisset, bovinis extis inflatus rediit domum ac ventriculi tumore dolens. Tum mollibus matris incidens ulnis, « Hei mihi! quid ista »? clamabat. « Morior miser. Viscera enim mihi, mater, procidunt omnia ». Quæ contra : « Bono sis animo, et rejice « cuncta. Ne parcito. Namque non tua, nate, vomis, sed taurina ».

Consumta si quis a se orphani fortunas ac bona persolvens ploret, in illum hac pote est uti fabula.

XXXV.

SIMII.

Catulos simia duos gestat in utero, quos quum peperit, non est æqua utrique mater. Ast alterum dira præ caritate sævis

conjunctio. Cf. n. ad Fab. 25, 4; 27, 6.
6. A, κ' ἀπῆλθ'.
10. A, κ' ἀπόβαλλε.
12. A, ὅτ' ἄν. Et alibi, quod deinceps non notabo.
13. A, ἀποιμόζῃ.
14. Adscripsit Μηνᾶς : « Βαλεβρίας paraît avoir souffert de la part de son mauvais tuteur. Autrement il ne devait pas restreindre l'idée de la fable dans cette seule circonstance que son affabulation désigne ».
Fab. XXXV. Conf. Coray. Fab. 267, p. 177, 396; Avianus Fab. 35.

τὸν δ' ὡς περισσὸν καὶ μάταιον ἐκβάλλει.
Κἀκεῖνος ἐλθὼν εἰς ἐρημίην ζώει.
Τοιοῦτο πολλῶν ἐστιν ἦθος ἀνθρώπων,
οἷς ἐχθρὸς αἰεὶ μᾶλλον ἢ φίλος γίγνου.

ΛϚʹ.

ΦΗΓΟΣ ΚΑΙ ΚΑΛΑΜΟΣ.

Δρῦν αὐτόῤῥιζον ἄνεμος ἐξ ὄρους ἄρας
ἔδωκε ποταμῷ· τὴν δ' ἔσυρε κυμαίνων,
πελώριον φύτευμα τῶν πρὶν ἀνθρώπων·
Πολὺς δὲ κάλαμος ἑκατέρωθεν εἱστήκει
ἐλαφρὸν ὄχθης ποταμίας ὕδωρ πίνων.
Θάμβος δὲ τὴν δρῦν εἶχε, πῶς ὁ μὲν λίην
λεπτός τε ὢν καὶ βληχρὸς οὐκ ἐπεπτώκει,
αὐτὴ δὲ τόσση φηγὸς ἐξεῤῥιζώθη.
Σοφῶς δὲ κάλαμος εἶπε· « Μηδὲν ἐκπλήσσου·
« σὺ μὲν μαχομένη ταῖς πνοαῖς ἐνικήθης,
« ἡμεῖς δὲ καμπτόμεσθα μαλθακῇ γνώμῃ,
« κἂν βαιὸν ἡμῶν ἄνεμος ἄκρα κινήσῃ ».
Κάλαμος μὲν οὕτως· ὁ δέ γε μῦθος ἐμφαίνει
μὴ δεῖν μάχεσθαι τοῖς κρατοῦσιν, ἀλλ' εἴκειν.

8. Μηνᾶς adscripsit : « l'affabulation n'est pas bien appliquée. Si j'étais Βαλεβρίας, j'aurais mis la suivante : Ἄστοργος ὢν πρὸς τὴν ἐρασμίαν γένναν, Οὔκουν ὅ γ' ἂν στέρξειεν ἄλλον ἐν κόσμῳ ».

Fab. XXXVI. Conf. Coray. Fab. 142, p. 84, 85, 340, 341, 342; Aviani Fab. 16.

3. Suidas : πελώριος, μέγας.

7. A, κάμβληχρός. Scripsi καὶ βληχρός. Forsan etiam κάβληχρός. Notandum esse et similis formæ nomen ἀμβληχρώδης Fab. 93, 5.

fovens ulnis suffocat, alterum velut supervacuum abjicit et inutilem. Et hic egressus in solitudines vita fruitur.

Parilis multorum est hominum indoles, quibus inimicus sis semper potius quam amicus.

XXXVI.

FAGUS ET ARUNDO.

Quercum ipsis cum radicibus ventus ex monte avellens amni tradidit. Et illam amnis trahebat undosus, ingentem priscorum hominum arborem. Plurima autem arundo utrinque stabat, levem ripæ fluvialis laticem bibens.

Et admiratio incessit quercum, cur valde tenuis quæ sit ac fragilis arundo non ceciderit, ipsa autem tam vasta fagus jaceret eradicata.

Tum prudenter arundo « Ne stupeas, » inquit. « Tu quidem « decertans aquilonibus superata fuisti; incurvescimus ingenio « flexibili, si vel levior nostra moveat ventus cacumina ». Sic arundo.

Monstrat vero fabula non esse certandum potentioribus, sed cedendum.

8. A, αὕτη. Scripsi αὐτή. Non enim monstrat quamdam quercus fagum collapsam, sed se vocat ipsa fagum. Quod quam potuerit apte facere ostendit Dioscorides 1, 144 : ἡ φηγὸς καὶ ἡ πρίνος εἴδη ὄντα δρυὸς...

9. A, σοφῶς, sed e correctione posteriore. Monet Μηνᾶς fuisse prius σοφὸς scriptum.

11. A, καμπτόμεθα, laborante metro, cui subveni addita litera sibilante.

14. « Le copiste a laissé du blanc

ΛΖ'.

ΔΑΜΑΛΙΣ ΚΑΙ ΤΑΥΡΟΣ.

Δάμαλις ἐν ἀγροῖς, ἄφετος, ἀτριβὴς ζεύγλης,
κάμνοντι καὶ σύροντι τὴν ὕνιν ταύρῳ,
« Τάλας », ἐφώνει · « μόχθον οἷον ὀτλεύεις »!
Ὁ βοῦς δ' ἐσίγα χὐπέτεμνε τὴν χώρην.
Ἐπεὶ δ' ἔμελλον ἀγρόται θεοῖς θύειν,
ὁ βοῦς μὲν ὁ γέρων εἰς νομὰς ἀπεζεύχθη ·
ὁ δὲ μόσχος ἀδμὴς κεῖνος εἵλκετο, σχοίνῳ
δεθεὶς κέρατα, βωμὸν αἵματος πλήσων.
Κἀκεῖνος αὐτῷ τοιάδ' εἶπε φωνήσας ·
« Εἰς ταῦτα μέντοι μὴ πονῶν ἐτηρήθης ·
« ὁ νέος παρέρπεις τὸν γέροντα, καὶ θύῃ,
« καί σου τένοντα πέλεκυς, οὐ ζυγὸς τρίψει ».

Διδάσκει ἡμᾶς ὁ μῦθος, ὅτι ἡ καλὴ ἐπιστήμη ἐκ θανάτου ῥύεται.

pour deux lignes, ayant cru que l'affabulation manquait. Mais il est à remarquer que les affabulations, qui sont en prose, ne sont pas de la plume de Βαλεϐρίας. Elles sont faites par des copistes postérieurs. L'auteur joint la maxime morale au corps de la fable. » ΜΗΝΑΣ. Conf. extr. p. 9.

Fab. XXXVII. Cf. Cor. F. 174, p. 107, 360; Knochii Fr. 32; Avian. Fab. 36.

1. Suidas : ζεύγλη, τὸ ἄκρον τοῦ ζυγοῦ, καθ' ὃ ἐντίθησι τοὺς τραχήλους τὰ ζῶα.

2. Suidas : ὕνιν, γεωργικὸν ἐργαλεῖον.

3. Suidas : ὄτλος, ἡ κακοπάθεια · καὶ ὀτλεύω, τὸ κακοπαθῶ. Ac versum apponit, auctore non nominato.

4. A, καὶ ὑπέτεμνε. Crasin feci. A, χώραν. Scripsi χώρην, imitatus Fab. 33, 15, 20.

6. A, ἐπεζεύχθη. Scripsi ἀπεζεύχθη. Correctionem confirmat collatarum fabula secunda p. 107 : ὁ μὲν γέρων βοῦς ἀποζευχθεὶς εἰς νομὴν ἀπελύθη.

7. A, ἀδμὴς κεινός · lapsu calami pro

XXXVII.

VITULUS ET TAURUS.

Vitulus in arvis liber jugique duri expers laboranti et vomerem trahenti tauro « Miser, » clamabat, « laborem quantum « sustines »! Attamen bos tacebat findebatque solum. Quum autem esset a rustica tribu faciendum deis sacrum, senex bos fuit ad pascua solutus jugo; at vitulus cervicem adhuc intactus ille trahebatur junco vinctus cornua, aram sparsurus sanguine. Cui bos alta voce hæcce dixit: « Ad talia porro laborum « immunis servatus fuisti! Juvenculus prætervadis senem me, « et cadis hostia, cervicemque tuam securis conteret, non « jugum ».

Nos docet fabula ingenuam scientiam a morte defendere.

κεῖνος. Me Μηνᾶς monet esse in ipso codice, ἀδμήσκειν ὃς, quod in describendo apographo correxit.

8. A, πλήσσων. Scripsi πλήσων. Servato πλήσσων, requiri videtur αἵματι. Et præsens tempus minus idoneum est. Trahebatur enim non feriens, sed feriturus. Erit πλήσων ab πλήθω. Fab. 61, 2 : κύρτον ἰχθύων πλήσας. Et similes amat clausulas : Fab. 31, 2, πόλεμον αἱμάτων πλήρη· 1, 3; 95, 62 : φόβου πλήρης· 4, 2 : ὄψου πλήρης· 5, 3 : τραυμάτων πλήρης· 97, 6 : θερμοῦ πλήρη· 99, 3 : λίπους πλήρης· 10, 3 : χρυσίου πλ. 11, 7: ἐλπίδων πλ. 33, 17 : λίθων πλ. Et amat πλῆθος in clausula : Fab. 12, 2, φυγὴ πλήθους· 31, 15; 33, 3; 109, 16. Cf. et 117, 7. Quod quidem argumentum est infirmum.

10. A, μὴ πονεῖν. Scripsi μὴ πονῶν ex fabula collata, ubi μὴ κάμνων ἐτηρήθης.

ΛΗ΄.

ΠΕΥΚΗ.

Δρυτόμοι τινὲς, σχίσαντες ἀγρίαν πεύκην,
ἐνῆραν αὐτῇ σφῆνας, ὡς διασταίη,
γένοιτό τ' αὐτοῖς ὁ πόνος ὕστερον ῥᾴων.
Πεύκη στένουσα « Πῶς ἄν » εἶπε, « μεμφοίμην
« τὸν πέλεκυν, ὅς μου μὴ προσῆκε τῇ ῥίζῃ,
« ὡς τοὺς κακίστους σφῆνας, ὧν ἐγὼ μήτηρ;
« ἄλλος γὰρ ἄλλῃ μ' ἐμπεσὼν διαῤῥήσσει ».
Ὁ μῦθος δ' ἡμῖν τοῦτο πᾶσι μηνύει,
ὡς οὐδὲν οὕτω δεινὸν ἂν πρὸς ἀνθρώπων
πάθοις τι τῶν ἔξωθεν, ὡς ὑπ' οἰκείων.

ΛΘ΄.

ΔΕΛΦΙΝΕΣ ΚΑΙ ΚΑΡΚΙΝΟΣ.

Δελφῖνες αἰεὶ διεφέροντο φαλαίναις·

Fab. XXXVIII. Cf. Cor. F. 179, p. 100, 101, 363, 364; Knochii Fragm. 17.

2. Est ἐνῆραν, quod habet nitide A, ab ἐνείρω. Plerumque quidem non mutatur syllaba. Hesychius : ἔνειρον, ἐνέϐαλον. Sic variatur in εἴκαζον et ᾔκαζον. Sed forsan reponendum ἐνῆκαν. Nam dubitationis nonnihil parit Suidæ locus: ἐναφῆκαν, ἐνέϐαλον · « ἐναφῆκαν τῇ δρυῒ σφῆνας, ὡς διασταίη ». Tribuit fragmentum Babrio Tyrwhitt. p. 52, et apte huic fabulæ Knochius. Versus inde facile fiet, inserto pronomine Ἐναφῆκαν αὐτῇ σφῆνας ὡς διασταίη. Restitutionis

XXXVIII.

PINUS.

Pino silvestri, quam scindebant, lignatores inseruere cuneos, hiaret ut diffissa, fieretque deinceps opera facilior.

Gemebunda pinus « Oh! » dixit, « si possim culpare securim, « quæ meæ non est conveniens radici, sicuti cuneos istos pessimos, quorum ego mater! alius enim alias penetrans me « disrumpet mediam ».

Fabula nobis id significat omnibus, nihil tam dirum ab hominibus passurum te exteris quam a propinquis.

XXXIX.

DELPHINI ET CANCER.

Delphini perpetuas cum balænis simultates exercebant. Utris-

veram Tyrwhittus rationem perspexerat.

9. A, δεινὸν ἂν ὑπ' ἀνθρ. Scripsi πρὸς, ut versus incedere posset. Affabulatio fabulæ in Corayana p. 364 : ὅτι ἀπαιώτερον τὸ ὑπὸ τῶν οἰκείων πάσχειν τι δεινὸν, ἢ ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίων. Conjicit pro ἀπαιώτερον Corayus scribendum λυπηρότερον, Schæferus multo melius et vere, puto, ἀπαισιώτερον. Forsan etiam, ἀπευχταιότερον.

Fab. XXXIX. Conf. Coray. Fab. 179, p. 110, 362.

1. A, ἀεί. Scripsi αἰεί. A, φαλλαίναις.

τούτοις παρῆλθε καρκίνος μεσιτεύων·
ὡς εἴ τις ὢν ἄδοξος ἐν πολιτείαις
στάσιν τυράννων μαχομένων εἰρηνεύοι.

Μ΄.

ΚΑΜΗΛΟΣ.

Διέβαινε ποταμὸν ὀξὺν ὄντα τῷ ῥείθρῳ
κυρτὴ κάμηλος, εἶτ' ἔχεζε. Τοῦ δ' ὄνθου
φθάνοντος αὐτὴν, εἶπεν· « Ἦ κακῶς πράττω·
« ἔμπροσθεν ἤδη μου τά γ' ὄπισθέν μου βαίνει ».
Πόλιν ἄν τις εἴποι τὸν λόγον τοῦ Αἰσώπου,
ἧς ἔσχατοι κρατοῦσιν ἀντὶ τῶν πρώτων.

ΜΑ΄.

ΣΑΥΡΑ.

Διαῤῥαγῆναί φασιν ἐκ μέσου νώτου
δράκοντι μῆκος ἐξισουμένην σαύραν.

2. A, καρκῖνος. Alium tonum postulabat creticus.

4. Suidas : εἰρηνεύω, αἰτιατικῇ. Post hunc versum est in A spatium relictum vacuum, cum notula, λείπει.

Fab.XL. Cf. Coray. F. 342, p. 223, 406.

4. A, ἔμπροσθεν ἤδη τά γ' ὄπισθέν μου βαίνει. Erat in ipso codice τάχ'. Correxit Minas, τά γ'. Addidi prius μου, quum deesset syllaba. Pronomen bis exhibent collatæ fabulæ : τὰ ὄπισθέν μου ἔμπροσθέν μου νῦν ὁρῶ διερχόμενα — τὰ

que accessit cancer pacis sequester; veluti si quis in civitate homo inglorius discordiam decertantium tyrannorum veniat pacificaturus.

XL.

CAMELUS.

Trajiciebat amnem cito labentem flumine gibbera camelus; tum cacavit. Quam quum stercus præverteret, « Utique, » ait, « male habeo. Jam ante me natant quæ sunt corpus pone « meum ».

De civitate intelliget aliquis Æsopi sermonem, in qua primorum loco infimi dominantur homines.

XLI.

LACERTUS.

Disruptum fuisse dorsum per medium lacertum ferunt, qui serpentis longitudini æquare se conabatur.

ἐξόπισθέν μου ἔμπροσθέν μου ὁρῶ διερχόμενα — τὰ ἐξόπισθέν μου νῦν ἔμπροσθέν μου τεθέαμαι. Fugaretur ex sede quarta anapæstus, scripto ὄπιθέν μου.

5. A, πόλις. Malim, τὸν λόγον τὸν Αἰσώπου.

Fab. XLI. Argumentum idem notæ fabulæ de rana se ad bovis molem æquandam inflante. Cf. Fab. 28.

2. A, μήχους. Quod mutavi, syntaxi, ut videtur, postulante.

« Βλάψεις σεαυτὴν, κοὐδὲν ἄλλο ποιήσεις,
« ἂν τόνδε λίαν ὑπερέχοντα μιμήσῃ ».

ΜΒ'.

ΚΥΩΝ ΚΑΙ ΜΑΓΕΙΡΟΣ.

Δεῖπνόν τις εἶχεν ἐν πόλει λαμπρὸν θύσας.
Ὁ κύων δὲ τούτου κυνὶ φίλῳ συναντήσας,
ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἠρώτα·
κἀκεῖνος ἦλθε. Τὸν δὲ τοῦ σκέλους ἄρας
ὁ μάγειρος, ἐκτὸς ἐξέῤῥιψε τοῦ τοίχου
ἐς τὴν ἀγυιάν. Τῶν κυνῶν δ' ἐρωτώντων
ὅπως ἐδείπνησ', εἶπε· « Πῶς γὰρ ἂν κρεῖττον,
« ὃς οὐδὲ ποίαν ἀναλύειν με γινώσκω »;

Ὅτι τοῖς μὴ λόγῳ τοῖς πράγμασιν ἐγχειροῦσιν ἕπεται πολλάκις τὸ κακῶς ἐν αὐτοῖς πάσχειν.

3. A, σεαυτόν.
4. In hoc versu desinit fabula mutila.

Fab. XLII. Cf. Coray. F. 129, p. 71, 331.
4. Verba τοῦ σκέλους ἄρας legentur et Fab. 120, 4.

« Te lædes ipse, nihilque facies aliud, si huncce valde « vastiorem imitaberis ».

XLII.

CANIS ET COQUUS.

Cœnam aliquis post sacrificium lautam faciebat. Canis ejus amico cuidam cani factus obviam ad se ut veniret cœnaturus rogabat; qui rogatus venit.

Ast illum arreptum crure coquus extra parietem emisit in vicum. Canibus vero sciscitantibus quo cœnaverit modo, « Quo, » dixit « potui melius, qui ne noverim quidem qua egressus inde « sim via » ?

Iis qui inconsiderate accingunt se negotiis accidit sæpe ut minus prospere succedat.

8. A, ποῖ ἄν. Scripsi ποίαν, videlicet ὁδὸν, ellipsi solita. Faernus 5, 2, simili fabula : « tam madens atque ebrius Re- « vertor, ac distentus, ut ne ipsam qui- « dem, Qua egressus inde sum, viam « animadverterim ».

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ε.

ΜΓ΄.

ΕΛΑΦΟΣ ΚΑΙ ΚΥΝΗΓΕΤΑΙ.

Ἔλαφος κεράστης, ὑπὸ τὸ καῦμα διψήσας
λίμνης ὕδωρ ἔπινεν ἡσυχαζούσης·
ἐκεῖ δ' ἑαυτοῦ τὴν σκιὰν θεωρήσας,
χηλῆς μὲν ἕνεκα καὶ ποδῶν ἐλυπήθη,
ἐπὶ τοῖς δὲ κέρασιν ὡς καλοῖς ἄγαν ηὔχει.
Παρῆν δὲ Νέμεσις, ἣ τὰ γαῦρα πημαίνει.
Κυνηγέτας γὰρ ἄνδρας εἶδεν ἐξαίφνης
ὁμοῦ σαγήναις καὶ σκύλαξιν εὐρίνοις·
ἰδὼν δ' ἔφευγε, δίψαν οὐδέπω παύσας,
καὶ μακρὸν ἐπέρα πεδίον ἴχνεσιν κούφοις.
Ἐπεὶ δὲ δρόμῳ σύνδενδρον ἦλθεν εἰς ὕλην,
κέρατα θάμνοις ἐμπλακεὶς ἐθηρεύθη.
Καὶ ταῦτ' ἔφη· « Δύστηνος, ὡς διεψεύσθην!
« οἱ γὰρ πόδες μ' ἔσῳζον, οἷς ἐπηδούμην·
« τὰ κέρατα δὲ προὔδωκεν, οἷς ἐγαυρούμην ».

Conf. Corayus Fabula 181, p. 111, 112, 113, 364, 365; Milleriana pag. 257; Knochii Fragmentum 29; Phædrus 1, 12.

3. A, ἐκεῖ δὲ αὐτοῦ. Scripsi, ἐκεῖ δ' ἑαυτοῦ.

6. Suidas : Νέμεσις..... « Παρῆν δὲ Νέμεσις ἣ τὰ γῆς ἐποπτεύει » · ἢ καὶ ἄλλως· « ἣ τἄδικ' ἐποπτεύει ». Prioris lectionis sententia argumento vix est apta, posterior non apta versui. Videsis virorum doctorum opiniones in Knochii libro. Nostra recensio utrique satisfacit rationi. Vocabulo γαῦρον usus est Fab. 29, 74, 95. Cf. et F. 11, n. 4.

8. Suidas : εὔρινος, εὐόσφρητος.

XLIII.

CERVUS ET VENATORES.

Corniger Cervus ab æstu sitiens tranquilli bibebat aquam lacus; atque ibi suam quum vidisset umbram, de ungula doluit et pedibus, at cornibus valde superbiebat.

Aderat autem Nemesis, quæ fastosas mentes affligit damno.

Illico enim homines conspexit venatores una cum retibus et canibus solerter sagacibus; conspectisque fugiebat, siti nondum sedata, et longum levibus campum superabat vestigiis.

Sed quum cursu densam arboribus pervenit ad silvam, cornibus inter frutices implicitis, captus est, hancque edidit vocem :

« Infelicem ut me malus abstulit error! Pedes enim me « servabant, quorum me pudebat; at prodidere quibus gloria- « bar cornua ».

9. A, ἴχνεσι. Feci creticum.

11. A, ἐπεὶ δὲ σύνδενδρον ἦλθεν εἰς ὕλην. Excidit nonnihil. Facilis correctio, sed incerta, quoniam multimodis fieri potest : ἐπεὶ δὲ δρόμῳ, ἐπεὶ δὲ δραμὼν, ἐπεὶ δὲ τρέχων, ἐπεὶ δέ τινα, ἐπεὶ δὲ σύνδενδρόν τιν' ἦλθεν, ἐπεὶ δὲ σύνδενδρον παρῆλθεν εἰς. Quod elegi verum esse nullatenus præsto. Fabulæ collatæ : ἐπεὶ δὲ κατά τινα δρυμὸν παρεγένετο... ἐπεὶ πολὺν δὲ τόπον δραμὼν καὶ εἰς ὕλην ἐμϐάς... τὰ σκέλη διέσωσαν ἐν κρησφυγέτῳ τινί.

13. A, ὥς.

Περὶ τῶν σεαυτοῦ πραγμάτων ὅταν κρίνῃς,
μηδὲν βέβαιον ὑπολάβῃς, προγινώσκων,
μήτ' αὖ ἀπογνῷς, μηδ' ἀπελπίσῃς· οὕτω
σφάλλουσιν ἡμᾶς ἐνίοθ' αἱ πεποιθήσεις.

ΜΔ'.

ΤΑΥΡΟΙ ΚΑΙ ΛΕΩΝ.

Ἐνέμοντο ταῦροι τρεῖς ἀεὶ μετ' ἀλλήλων.
Λέων δὲ τούτους συλλαβεῖν ἐφεδρεύων,
ὁμοῦ μὲν αὐτοὺς οὐκ ἔδοξε νικήσειν·
λόγοις δ' ὑπούλοις διαβολαῖς τε συγκρούων,
ἐχθροὺς ἐποίει, χωρίσας δ' ἀπ' ἀλλήλων,
ἕκαστον αὐτῶν ἔσχε ῥᾳδίαν θοίνην.
Ὅταν μάλιστα ζῆν θέλῃς ἀκινδύνως,
ἐχθροῖς ἀπίστει, τοὺς φίλους δ' ἀεὶ τήρει.

Conf. Coray. Fab. 296, p. 193, 401.
1. A videtur habere αἰεί. Scripsi ἀεί.
4. Suidas : ὕπουλος· δόλιος, φαινόμενος δῆθεν εἰρηνικός· ὡς ἐπὶ τῶν ἑλκῶν τῶν ἐχόντων οὐλὰς ὑγιεῖς ἐπιπολαίως, ἔνδοθεν δὲ σηπεδόνας πυώδεις.

De tuis rebus quum statuis judicium, nil firmæ opinionis concipias ex præjudicio, nec rursus desperes animumque despondeas : adeo decipimur interdum nimia mentis confisione.

XLIV.

TAURI ET LEO.

Tres tauri semper pascebant simul. Quos ut comprenderet insidiatus leo, cunctos una non putabat se posse vincere.

Sed subdolis illos sermonibus ac calumniis collidens inimicabat; et, sic disjuncta amicorum societate, singulos cœpit vesci, cibum facilem.

Ævum quam tutissimum agere si velis, inimicis esto diffidens, et amicos semper retineas.

6. Ignatius in Corayana p. 193: Ἕκαστον ἐκβέβρωκε γυμνὸν ὡς ἕνα. Quem versum aliter scriptum e codice protulit Miller. vir doct. : Ἕκαστον εἶεν ἐκβιβρώσκων ἀθλίως. Pro εἶεν legendum videtur εἶχεν, vel ἔσχεν.

ΜΕʹ.

ΑΙΠΟΛΟΣ ΚΑΙ ΑΙΓΕΣ.

Ἔνιφεν ὁ Ζεύς· αἰπόλος δέ τις φεύγων
εἰς ἄντρον εἰσήλαυνε τῶν ἀοικήτων
τὰς αἶγας ἄκρῃ χιόνι λευκανθιζούσας.
Εὑρὼν δ' ἐκεῖ τάχιον εἰσδεδυκυίας
αἶγας κερούχους ἀγρίας, πολὺ πλείους
ὧν αὐτὸς ἦγε, μείζονάς τε καὶ κρείσσους,
ταῖς μὲν φέρων ἔβαλλε θαλλὸν ἐξ ὕλης,
τὰς δὲ σφετέρας ἀφῆκε μακρὰ λιμώττειν.
Ὡς δ' ᾐθρίασε, τὰς μὲν εὗρε τεθνώσας·
αἱ δ' οὐκ ἔμειναν· ἀλλ' ὀρῶν ἀβοσκήτων
ἀνέμβατον δρυμῶνα ποσσὶν ἠρεύνων.
Ὁ δ' αἰπόλος ἀγέλαστος ἦλθεν εἰς οἴκους
αἰγῶν ἔρημος· ἐλπίσας δὲ τὰς κρείσσους,
οὐκ ὤνατ' οὐδ' ὧν αὐτὸς εἶχεν ἐκ πρώτης.

Ὁ μῦθος ἡμᾶς ἐκδιδάσκει μηδαμῶς τῶν οἰκείων ἀμελεῖν, μάλιστα κέρδους ἕνεκα ἀμφιβόλου ὑπάρχοντος.

Conf. Coray. Fab. 150, p. 90.

1. A, ἔνειφεν. Quod mutavi, hoc sensu non scribendum cum diphthongo. Suidas : τὸ νείφω, τὸ βρέχω, διὰ διφθόγγου. Idem : νίφει, χιονίζει. Et sic Moschopulus II. σχ. p. 172 : νίφει, ἀντὶ τοῦ χιονίζει. Idem p. 174 : νείφει, ἀντὶ τοῦ βρέχει. Mirum est hominem græcum, qui Moschopuli editionem Vindobonensem curavit, edidisse, ἀντὶ χρονίζει, ἀντὶ βρέχει, non intellecto compendio notissimo, quo ἀντὶ τοῦ exprimere librarii solent.

8. A, τὰς δὲ ἰδίας. Manifestum est substitutum esse ἰδίας alii nomini synonymo. Potest cogitari de οἰκείας, correpta media syllaba, quum frequenter ἴδιος et οἰκεῖος permutentur. Malui σφετέρας, quod, datam diphthongi correptionem si accipiam, poetæ non dem libens. Estque σφέτερος paulo rarius. Suidas : σφέτερον, τὸ ἑαυτῶν, ἢ τὸ ἴδιον·

XLV.

CAPRARIUS ET CAPRÆ.

Ab Jove ningebat.

Caprarius quidam fugiens in antrum compellebat desertum capras summa nive albicantes.

Ubi quum reperisset ingressas citius capras silvestres cornigeras, grege quem agebat ipse numerosiores, multo grandioresque ac valentiores, illis jaciebat allatum e silva ramum; at proprias dimisit quæ strenue esurirent.

Mutato autem ad serenam faciem cœlo, suas reperit mortuas ; aliæ autem non manserant, sed montium sterilium inaccessa dumeta pedibus pervestigabant. Caprarius non ridens domum rediit, capris viduus. Atque præstantioris spe possessor gregis, ne ex illo quidem commodum cepit qui olim fuerat suus.

Nos edocet fabula nullo esse pacto res proprias cuique negligendas, lucri præsertim ambigui causa.

καὶ σφετέρῳ τῷ ἑαυτῶν · σφέτερα, τὰ ἑαυτῶν. Et fuerunt alibi confusa ἴδιος et σφέτερος. Sed videntur etiam excidisse non nulla de pastore domum ex antro et ex domo antrum redeunte.

9. Ὡς δ' ᾐθρίασε, i. e. ὡς δὲ εὐδία γέγονε· quod fert collata fabula. Memoravit Etymologicum M. formam participii τεθνῶσα, ut βεϐῶσα.

11. A, ποσίν. Trochæum feci. Cf. F. 12, 20. Sic τόσση F. 36, 8.

12. A, γελάσας. Et sic collata fabula. Sed caprarius, si riserit, malis ridebat alienis. Neveleto legendum κλαύσας videbatur, monente Furia t. 2, p. 82, qui reliquit γελάσας. Corayus autem minus patiens edidit ἀπελάσας · αἰπόλος ἀπελάσας εἰς τὸν οἶκον ἦλθε κενός· id esse puto, « referens retro pedem ». Mea lectio ἀγέλαστος apta est sententiæ ac versui.

14. Ἐκ πρώτης, videlicet ἀρχῆς. Non rara ellipsis. Sic Fab. 71, 2.

Μϛʹ.

ΕΛΑΦΟΣ ΝΟΣΩΝ.

Ἔλαφος καθ' ὕλην γυῖα κοῦφα ναρκήσας,
ἔκειτο πεδίων ἐν χλόῃ βαθυσχοίνῳ,
ἐξ ἧς ἑτοίμην χιλὸν εἶχε πεινήσας.
Ἤρχοντο δ' ἀγέλαι ποικίλων ἐκεῖ ζῴων
ἐπισκοπούντων· ἦν γὰρ ἀϐλαϐὴς γείτων.
Ἐλθὼν δ' ἕκαστος, τῆς πόας ἀποτρώγων,
ᾔει πρὸς ὕλας· ὁ δέ γε πρὸς πείνης θνήσκει.
Ἔλαφος δὲ λιμῷ, κοὐ νόσῳ, κατεσκλήκει,
μή πω κορώνην δευτέραν ἀναπλήσας,
ὃς, εἰ φίλους οὐκ ἔσχε, κἂν γεγηράκει.

Ὁ μῦθος τοῦτο λέγει· δεῖν τὰ ὁπωσοῦν ἐπιόντα δεινὰ λόγοις ἐξευμαρίζειν ἠπίοις, καὶ τὸ τούτων ὀχληρὸν ἀποπαύειν.

Conf. Coray. Fab. 377, p. 242.

2. Suidas : βαθύσχοινον, ὑψηλὰς σχοίνους φέροντα.

3. Suidas : χιλὸς, ἡ τροφή.

7. Monet me Μηνᾶς vir d. priorem fuisse lectionem in codice, ὁ δὲ πενίῃ θνήσκει, quæ posterius fuit eo correcta modo quem exhibet A.

8. Suidas : κατεσκληκὼς, κατεξηραμμένος.

9. Locum elucidabit Hesiodus fragm. 50 : Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κο-

XLVI.

CERVUS ÆGROTANS.

Cervus in silvis cita membra torpore adstrictus juncosi alta prati in herba jacebat, unde paratum habebat esuriens pabulum.

Huc autem veniebant variarum greges ferarum, eum invisendi causa (vicinus enim erat innocuus); quarum unaquæque herbæ quid decerpens silvas petebat.

Ast cervus inedia perit consumtus.

Atque ita fame contabuit, non morbo, expletis nondum duabus cornicis ætatibus, qui, si caruisset amicis, potuisset saltem senescere.

Hoc exserit fabula, oportere quæ quovis modo eveniunt incommoda alloquiis lenire mitibus et enatas inde sedare molestias.

ρώνη Ἀνδρῶν ἡβώντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος. Cervus, δευτέραν κορώνην οὐκ ἀναπλήσας, nondum duodeviginti ætates vixerat, nondum erat δικόρωνος. Conf. Fab. 95, 21; et Ruhnkenium ad Hesiodum in Gaisfordiana.

Quum affabulatio nullo modo fabulæ conveniat, manifestum oculos librarii saltum fecisse, et fabulam saltem unam desiderari. Monuit etiam Μηνᾶς. Sententia non absurda videretur addita Fabulæ 60.

ΜΖʹ.

ΓΕΩΡΓΟΣ ΚΑΙ ΥΙΟΙ.

Ἐν τοῖς παλαιοῖς ἦν ἀνὴρ ὑπέργηρως·
εἶχεν δὲ πολλοὺς παῖδας· οἷς ἐπισκήπτων
(ἔμελλε γὰρ δὴ τὸν βίον τελευτήσειν)
ἐκέλευε λεπτῶν, εἴ τις ἐστί που, ῥάβδων
δέσμην ἐνεγκεῖν. Ἧκέ τις φέρων ταύτην.
« Πειρᾶσθε δή μοι, τέκνα, σὺν βίῃ πάσῃ,
« ῥάβδους κατάξαι δεδεμένας σὺν ἀλλήλαις ».
Ὁ δ' (οὐ γὰρ ἠδύναντο)· « Κατὰ μίαν τοίνυν
« πειρᾶσθ' ». Ἑκάστης δ' εὐχερῶς καταγείσης,
« Ὦ παῖδες, οὕτως » εἶπεν, « ἂν μὲν ἀλλήλοις
« ὁμοφρονῆτε πάντες, οὐδ' ἂν εἷς ὑμᾶς
« βλάψαι δύναιτο, κἂν μέγιστον ἰσχύῃ·
« ἢν δ' ἄλλος ἄλλου χωρὶς ἦτε τὴν γνώμην,
« πείσεσθ' ἕκαστος ταὐτὰ τῇ μιᾷ ῥάβδῳ ».
Φιλαδελφία μέγ' ἀγαθόν ἐστιν ἀνθρώποις,
ἣ καὶ ταπεινοὺς ὄντας ἦρεν εἰς ὕψος.

Ὁ μῦθος ἡμᾶς ἐκδιδάσκει ὅσον τὸ τῆς ὁμονοίας καλὸν, καὶ τί πάλιν τὸ ἐπιζήμιον τοῖς μηδαμῶς ταύτην κεκτημένοις.

Conf. Coray. Fab. 171, p. 105, 350; Milleriana p. 258; Plutarchi Apophth. p. 174 F.; Stob. Tit. 84, 16.

1. Ἐν τοῖς παλαιοῖς) Plene Æschines Ctes. § 9 : ἐν γὰρ τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἄρχοντές τινες. Potest et subaudiri ἀνθρώποις. Sæpe ἐν pro latino « inter ». Cf. F. 22, 5. Vide n. ad Philostr. Ep. p. 65.

XLVII.

AGRICOLA ET EJUS FILII.

Priscis fuit temporibus homo quidam vetustissimus, qui plurimos habuit filios.

Quibus suprema dans mandata (in eo erat enim ut finiret ævum) jussit, ut minutorum, si quæ alicubi jacerent, virgultorum afferrent fascem.

Atque de illis unus fascem attulit. « Nati, age, experimini « mihi vel summa vi rumpere virgulta simul colligata ».

Ac senex (non valebant enim) : « In uno igitur seorsum « experimentum facitote ».

Sic uno seorsum quoque facilius rupto, « O nati, isto » inquit, « modo, si inter vos eritis cuncti unanimes, nemo vobis « homo nocere poterit, viribus quamvis præditus maximis. « Ast alius ab alio si fuerit mente divisus, unus vestrum quisque eadem patietur uni virgulto cuique ».

Fratrum concordia maximum est bonum hominibus, quæ et humiles in alta provehit.

Edocet nos fabula quanta sint commoda concordiæ, et quid rursus mali illis eveniat qui eam non colunt.

8. A, οἱ δ'. Sed cum hac lectione exspectatur oratio filiorum, vel narratio vani eorum laboris. Scripsi ὁ δ', scilicet εἶπεν in ellipsi cujus frequens est usus.

15. Inserui ἐστιν apographi versui curtiori.

ΜΗ΄.

ΕΡΜΗΣ ΚΑΙ ΚΥΩΝ.

Ἐν ὁδῷ τις Ἑρμῆς τετράγωνος εἱστήκει·
λίθων δ' ὑπ' αὐτῷ σωρὸς ἦν. Κύων τούτῳ
εἶπε προσελθών· « Χαῖρε πρῶτον, Ἑρμεία·
« ἔπειτ' ἀλεῖψαι βούλομαί σε, μηδ' οὕτω
« θεὸν παρελθεῖν, καὶ θεὸν παλαιστρίτην ».
Ὁ δ' εἶπεν· « Ἂν μὴ τοῦτό μοι 'πιλιχμήσῃς
« τοὔλαιον ἐλθών, μηδέ μοι προσουρήσῃς,
« χάριν εἴσομαί σοι· καὶ πλέον με μὴ τίμα ».

Ὅτι τοῖς κακοῖς ἀρκεῖ τέως, οὐκ ἄλλως πως δυναμένοις δρᾶσαι τὰ βελτίω, κἂν τῶν συνήθων αὐτῶν αἰτιῶν ἀργῆσαι.

1. In viis plerumque Mercurii simulacra operis quadrati ponebantur. Thucydides 6, 27 : ὅσοι Ἑρμαῖ ἦσαν λίθινοι ἐν τῇ πόλει τῇ Ἀθηναίων· εἰσὶ δὲ κατὰ τὸ ἐπιχώριον ἡ τετράγωνος ἐργασία... Ibi Duker. Ulpianus ad Leptineam § 93 : ἐν τοῖς Ἑρμαῖς) ξύλα ἢ λίθοι τετράγωνοι ἦσαν, ἔχοντες ὄψιν Ἑρμοῦ ἐπάνω, κάτω δὲ ἐν τῷ πλάτει τὰ ἐπιγράμματα. Rem fuse enarravit videndus Sluiter. Lectt. Andoc. p. 32. Conf. F. 30.

2. Ad Hermas acervi lapidum fiebant, jactis a prætereunte quoque lapidibus. Acervis nomen erat ἑρμαῖος λόφος. Meminit rei antiquissimæ Homerus Od. 16, 471 : Ἤδη ὑπὲρ πόλιος, ὅθι Ἑρμαῖος λόφος ἐστίν. Ibi Scholia et Eustathius. Loquitur Ἑρμαῖος λόφος in Epigrammate incerto 234 : Ἱερὸν Ἑρμείῃ με παραστείχοντες ἔχευαν Ἄνθρωποι λίθινον σωρόν. Ibi Brunck et Jacobs. Vide et Phurnutum c. 16, p. 168.

4. Superstitiosorum fuit hominum mos lapides, statuas, inungere. Lucianus Contempl. 22 : τί οὖν ἐκεῖνοι στεφανοῦσι τοὺς λίθους καὶ χρίουσι μύρῳ. Ibi Hemst., collato Jacob. ad Luc. Alex. 30. Hinc forsan intelligendum λιπαρὸν in Epi-

XLVIII.

MERCURIUS ET CANIS.

Stabat in via Mercurius quadrangularis, imus cui subjacebat lapidum acervus.

Accedens canis, « Primum salve », inquit, « Mercuri; tum « inungere te volo, nec sic deum præterire, eumque palæ- « stritam ».

Cui deus : « Si mihi hocce quod adpositum est non linges « oleum, nec imminxeris mihi, gratiam habebo tibi. Neque « me amplius honorare velis ».

Quod improbis satis sit hactenus, quum non queant alio fere modo meliora sequi, si a solitis saltem damnis abstineant.

grammate Anytes Anth. 9, 144, de Veneris simulacro : ἀμφὶ δὲ πόντος Δειμαίνει, λιπαρὸν δερκόμενος ξόανον.

5. Mercurius præerat palæstris. Phurnutus de Mercurio c. 16, p. 170 : σέβονται δὲ αὐτὸν καὶ ἐν ταῖς παλαίστραις μετὰ τοῦ Ἡρακλέους. Hinc habuit cognomen Ἐναγωνίου. Ipse in Pluto 1162, Ἐναγώνιος τοίνυν γ' ἔσομαι. Ibi scholia. Tradit Diodorus Sic. ejus inventa recensens, 5, 75, εἰσηγητὴν αὐτὸν καὶ παλαίστρας γενέσθαι. Ibi Wesseling., quem vide et ad 1, 16; collato Paciaudio Diss. de Mercurii statunculo

6. A, τοῦτο μ' ἐπιλιχμήσῃς. Versus erat syllaba minor, quam restitui.

In affabulatione, A, οὐ καλῶς πῶς δ. δράσαι. Scripsi οὐκ ἄλλως πως, sensu, ni fallor, ita jubente. Insunt vestigia choliambicorum, sic ferme restituendorum : Τοῖς γὰρ κακοῖς ἀρκεῖ τέως, οὐκ ἄλλως πως Δρᾶσαι δυναμένοις [πραγμάτων] τὰ βελτίω, Κἂν τῶν συνήθων αἰτιῶν ἀπαργῆσαι. Producit Babrius penultimam comparativorum in ίων. Est ταχίον in clausula F. 45, 4; καλλίων 56, 7; ἡδίω, 66, 7.— Et nomen αἰτία sensu simili exstat Fab. 11, 2.

7

ΜΘ΄.

ΕΡΓΑΤΗΣ ΚΑΙ ΤΥΧΗ.

Ἐκάθευδε νύκτωρ ἐργάτης ὑπ' ἀγνοίας
φρέατος ἐγγύς. Τῆς Τύχης δ' ἐπιστάσης
ἔδοξ' ἀκούειν· « Οὗτος, οὐκ ἐγερθήσῃ;
« μή σου πεσόντος αἰτίη παρ' ἀνθρώποις
« ἐγὼ λέγωμαι, καὶ κακὴν λάβω φήμην.
« Ἐμοὶ γὰρ ἐγκαλοῦσι πάντα συλλήβδην,
« ὅσ' ἂν παρ' αὐτοῦ δυστυχῇ τις, ἢ πίπτῃ ».

Ἔλεγχος τῶν εἱμαρμένην δοξαζόντων, καὶ ἀνάγκῃ τὰ τῆς ἡμῶν ἐξουσίας ὑποβαλλόντων, καὶ μὴ τῷ αὐτεξουσίῳ εἰς δέον κεχρημένων.

Ν΄.

ΑΛΩΠΗΞ ΚΑΙ ΔΡΥΤΟΜΟΣ.

Ἔφευγ' ἀλώπηξ· τῆς δ' ὄπισθε φευγούσης,
κυνηγὸς ἐτρόχαζεν. Ἡ δ' ἐκεκμήκει·

Fab. XLIX. Conf. Coray. Fab. 252, p. 165, 287, 388.

4. A, αἰτία. Scripsi αἰτίη, sequutus scripturam ionicam, Fab. 10, 6; 11, 2; 71, 7; 95, 80; 106, 18.

7. Quum ὅσα πίπτῃ vix possit apte

XLIX.

OPERARIUS ET FORTUNA.

Dormiebat noctu operarius prope puteum, inscius. Et adstantis Fortunæ visus est sibi audire vocem : « Heus tu! « non expergisceris? ne, si cadas, in causa esse apud homines « prædicer, maloque rumore flagrem. Mihi enim cuncta coa« cervatim vitio tribuunt, si quando quis calamitate prema« tur cujus est auctor ipse sibi, vel si cadat ».

Argumentum in eos qui fatum esse opinantur, et necessitati subjiciunt quæ in nostra sunt sita potestate, neque, ut par est, libero utuntur arbitrio.

L.

VULPES ET LIGNATOR.

Vulpes fugiebat. Fugienti currens post terga instabat venator. Quæ quum lassata deficeret, lignatore conspecto,

dici, forsan scripsit auctor, non ὅσ' ἂν, sed ὅτ' ἂν, ὅταν.

Fab. L. Confer Corayana Fabula 127, p. 69, 70, 329; Phædrus Lib. 6, Fab. 27.

2. Suidas : τροχάζειν, διατρέχειν. Conf. Fab. 62, 2.

δρυτόμον δ' ἰδοῦσα, « Πρὸς θεῶν σε σωτῆρα·
« κρύψον με ταύταις, αἷς ἔκοψας, αἰγείροις,
« καὶ τῷ κυνηγῷ » φησί « μή με μηνύσῃς ».
Ὁ δ' οὐ προδώσειν ὄμνυ· ἡ δ' ἀπεκρύφθη.
Ἦλθεν κυνηγὸς, καὶ τὸν ἄνδρ' ἐπηρώτα,
μὴ τῇδ' ἀλώπηξ καταδέδυκεν, ἢ φεύγει.
« Οὐκ εἶδον », εἶπε· τῷ δὲ δακτύλῳ νεύων
τὸν τόπον ἐδείκνυ' οὗ πανοῦργος ἐκρύφθη·
ὁ δ' οὐκ ἐπισχὼν, τῷ λόγῳ δὲ πιστεύσας,
παρῆλθε. Θερμοῦ δ' ἐκφυγοῦσα κινδύνου,
κερδὼ παχείας ἐξέκυπτεν αἰγείρου,
σεσηρὸς αἰκάλλουσα. Τῇ δ' ὁ πρεσβύτης
« Ζωαγρίους μοι χάριτας » εἶπεν, « ὀφλήσεις.
« Ἐῤῥυσάμην σε » φησίν· « ἀλλά μου μνήσκου ».
« Πῶς οὐκ ἂν », εἶπεν, « ὧν γε μάρτυς εἱστήκει;
« Ἔῤῥωσο τοίνυν, καὶ τὸν ὅρκον οὐ φεύξῃ.
« Φωνῇ μ' ἔσωσας, δακτύλῳ δ' ἀπέκτεινας ».
Σοφὸν τὸ θεῖον κἀπλάνητον· οὐδ' ἄν τις
λαθεῖν ἐπιορκῶν, προσδοκᾷ δίκην φεύγειν.

Εὐκαίρως ὁ μῦθος ῥηθήσεται πρὸς ἐκείνους τοὺς χρηστὰ μὲν ἐπαγγελλομένους, δόλια δὲ καὶ φαῦλα ἐργαζομένους.

6. A, ὅδ'—ἦδ'. Scripsi ὁ δ'. ἡ δ'. Et v. 11, A, ὅδ', quod mutavi.

10. A, ἐδείκνυ οὗ. Scripsi ἐδείκνυ' οὗ. Nam talis hiatus non erat ferendus.— Forsan, πανούργως.

11. De verbo ἐπέχω vide n. ad Fab. 26, 5.

14. A, ἀκάλλουσα. Scripsi αἰκάλλουσα. Est αἰκάλλειν cauda blandiri, sed quod est in illo gestu benevolentiæ fictum esse monstrat σεσηρός· blanditur sed exertis dentibus minaciter frendens. Aristophanes Pac. 620 jungit epitheta ἠγριωμένους καὶ σεσηρότας. Dion Chrys. Or. 1, p. 70 : ἀντὶ προσφιλοῦς μειδιάματος ταπεινὸν ἐσεσήρει καὶ ὕπουλον. Ibi Morel. p. 550. Suidas : σεσηρὼς, κεχηνώς· σεσηρυῖα γραῦς, κεχηνυῖα. Scholiastes

« Per ego te deos precor servatorem, absconde me inter istas « quas cecidisti populos; neque me » ait, « indices venatori ».

Juravit ille proditorem se non fore; vulpesque se occuluit.

Jam aderat venator; interrogabatque hominem, utrum hucce vulpes se penetraverit, an fugiat.

Qui contra « Non vidi », inquit; sed digitum intendens cum nutu locum indicabat quo fera latebat callida.

Re non intellecta, venator, verbis confisus, abiit.

Tum calido liberata periculo, e densa vulpes emersit populo, blandiens cauda, ast labiis ringentibus.

Cui senex « Pro conservata tibi vita gratias » ait « mihi de-« bebis. Eripui leto te », inquit. « Tu vero sis mei memor ».

Cui vulpes : « Quomodo non rei memor ero, cui testis ad-« fuit? Valeas igitur. Et jusjurandum non effugies. Servasti me « lingua; occidisti digito ».

Sapiens est numen, ac non potest decipi; neque latebit unquam homo perjurus, qui frustra sperat vitare justitiam.

Opportune in eos recitabitur fabula qui honesta promittunt quidem, sed dolosa faciunt et improba.

Vesp. 901 : σεσηρὼς, διηνοιγμένον, ἀνοικτὸν ἔχων τὸ στόμα. Gregorius Naz. t. 2, p. 202 C : Τίν' εἶδες; εἰπὲ, λέξον, σεσηπότα Νεκρῶν κάρηνα. Sic scribere voluit Billyus, quum invenisset in codice σεσηρότα, quod quam graphicum esset non intelligebat. Oblitus erat versus Nazianzeni sui t. 2, p. 76 B : 'Οστέα πάντες ἀφαυρὰ, σεσηρότα, γυμνὰ κάρηνα. Satius fuerat mederi versus brevitati. Propono : λέξον, ἢ σεσηρότα. Editionem novam non inspexi, eamque bonam, quippe quam Fixius curaverit.

20. A, καὶ ἀπλάνητον. Crasin feci, ut alias.

21. Esse lacuna videtur in medio versus, periisseque finem cum alius initio. Græca converti, quæ mihi finxi conjectura : οὐδ' ἄν τις Λάθοι γ' ἐπίορκος προσδοκῶν δίκην φεύγειν.

ΝΑʹ.

ΧΗΡΑ ΚΑΙ ΠΡΟΒΑΤΟΝ.

Ἐν τῷ ποτ' οἴκῳ πρόβατον εἶχέ τις χήρα.
Θέλουσα δ' αὐτοῦ τὸν πόκον λαβεῖν μείζω,
ἔκειρεν ἀτέχνως, τῆς τε σαρκὸς οὐ πόῤῥω
τὸν μαλλὸν ἐψάλιζεν, ὥστε τιτρώσκειν.
Ἀλγοῦν δὲ πρόβατον, εἶπε· « Μή με λυμαίνου·
« πόσην γὰρ ὁλκὴν τοὐμὸν αἷμα προσθήσει;
« Ἀλλ' εἰ κρεῶν, δέσποινα, τῶν ἐμῶν χρῄζεις,
« ἔστιν μάγειρος, ὅς με συντόμως θύσει·
« εἰ δ' εἰρίων πόκου τε κοὐ κρεῶν χρῄζεις,
« πάλιν ἔστι κουρεὺς, ὃς κερεῖ με καὶ σώσει ».

Πρὸς τοὺς μετὰ ἀπειρίας τοῖς πράγμασιν ἐγχειροῦντας, ἐξ ἧς οὐ τοσοῦτον τὸ κέρδος, ὅση βλάβη προσγίνεται.

Conf. Coray. Fab. 288, p. 189, 399; Knoch. Fragm. 33.

6. Suidas : ὁλκήν· ἐπαγωγὴν, ῥοπήν· ὁλκῇ, βάρει ἢ σταθμῷ. Ad hanc fabulam refert Knochius versum choliambicum quem exhibet Suidas v. Ὦνον· ὠφέλειαν,

LI.

VIDUA ET OVIS.

Quædam olim vidua domi nutriebat ovem.

Quæ quum cuperet lanam habere longiorem, imperita tondebat manu bidentem, cuticulaque tenus forcipe demetebat vellus, adeo ut vulnus faceret.

« Ne me lædas », bestia dolens inquit. « Quid enim ponderis « sanguis adjiciet meus? Ast carnis si meæ opus est tibi, do- « mina, adest coquus, qui me compendiose immolabit. Quod « si lanæ et velleris eges, non vero carnium, rursus est tonsor, « qui me tondebit ac sinet vivere ».

In eos qui inexperti res adgrediuntur, ita ut minus lucri importent sibi, quam damni.

τιμήν· « Τί σοι τὸ κέρδος ἢ τίν' ὦνον εὑρήσεις »; Sed mihi non huc pertinere videtur, habuerimque eum potius pro alia recensione sexti versus Fabulæ sextæ : Τί σοι τὸ κέρδος, ἢ πόσου με πωλήσεις;

ΝΒ΄.

ΒΟΗΛΑΤΗΣ ΚΑΙ ΑΜΑΞΑ.

Εἰς ἄστυ τετράκυκλον ἄῤῥενες ταῦροι
ἅμαξαν ὤμοις εἷλκον. Ἡ δ' ἐτετρίγει,
καὶ τὸν βοώτην θυμὸς εἶχε. Τῇ δ' οὕτως,
ἐγγὺς προσελθὼν, εἶπεν ὡς ἀκουσθῆναι·
« Ὦ παγκάκιστον κτημάτων, τί δὴ κρώζεις,
« ἄλλων ἐπ' ὤμοις φερομένη σιωπώντων »;
Κακοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι μακρὸν οἰμώζειν
ἄλλων πονούντων, ὡσπερεὶ κάμνων αὐτός.

Ὁ μῦθος τοῦτο λέγει· μηδαμῶς ἐν τοῖς πράγμασιν ἄλλων πονουμένων, ἄλλους ἀδίκως οἰμώζειν, καὶ πόνους ἀλλοτρίους ἑαυτοῖς ἐπιγράφειν.

ΝΓ΄.

ΛΥΚΟΣ ΚΑΙ ΑΛΩΠΗΞ.

Εἰς λύκον ἀλώπηξ ἐμπεσοῦσα δειλαίη,
ζωγρεῖν ἐδεῖτο, μηδὲ γραῦν ἀποκτείνειν.

Fab. LII. Cf. Coray. F. 168, p. 102, 103, 355; Milleriana p. 254, et quam Brunet vulgavit post Millerianas p. 290.

1. Non exspectabatur nominis ταῦροι epithetum ἄῤῥενες. Dixit Hom. Il. 20, 495, ἄρσενας βόας, ἄρσενε βόε Hesiodus, Op. 434, non ταύρους ille, hic non ταύρω.

2. A, ἦδ'. Scripsi ἡ δ'.

5, 6. Sic facetus in Ranis Bacchus Xanthiæ gravissimo sub onere gementi: Εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ καὶ πολλὴ τρυφή;... Οὔκουν τὸ βάρος τοῦθ' ὃ σὺ φέ-

LII.

BUBULCUS ET RHEDA.

Ad urbem rotarum quatuor rhedam masculi humeris tauri trahebant.

Rheda autem stridebat, et bubulcum incessit ira.

Ac, prope accedens, ita fuit loquutus ut audiretur : « O « rerum pessima mearum, quid tandem crocitas, quæ humeris « aliorum vectaris tacentium » ?

Improbi est proprium hominis multa gemere, dum alii laborant, quasi fatigetur ipse.

Hoc edicit fabula : « Quum rebus insudent alii, ne alii plo« rent immerito, alienosque sibi adscribant labores ».

LIII.

LUPUS ET VULPES.

In lupum vulpes quæ inciderat misella, vivam se uti caperet precabatur, neque vetulam interimeret.

ρεις οὖνος φέρει ; Πῶς γὰρ φέρεις ὅς γ' αὐτὸς ὑφ' ἑτέρου φέρει ;

8. A, ἄλλων ποιούντων ὡσείπερ αὐτὸς κάμνων. Correxi πονούντων. Et in affabulatione, A ποιουμένων, quod pariter emendabo. Confusionem verborum ποιεῖν et πονεῖν ostendi quam sit frequens ad Eunapium p. 320, 588 et ad Anecdota Gr. t. 5, p. 89. Tum finem versus transpositione constitui.

Fab. LIII. Cf. Cor. F. 232, p. 152, 379.

2. Suidas : ζωγρεῖ, ζῶντας λαμβάνει.

Ὁ δ' « Ἂν λόγους μοι τρεῖς ἀληθινοὺς εἴπῃς,
« ἐγώ σε » φησί, « νὴ τὸν Πᾶνα, ζωγρήσω ».
Ἡ δ' « Εἴθε μέν μοι πρῶτα μὴ συνηντήκοις·
« ἔπειτα δ', εἴθε τυφλὸς ὢν ὑπηντήκοις·
« τρίτον δ' ἐπ' αὐτοῖς », εἶπε· « μὴ σύγ' εἰς ὥρας
« ἵκοιο, μηδέ μοι πάλιν συναντήσοις ».

Ὅτι πολλάκις αἱ περιστάσεις πεφύκασι καὶ παρὰ γνώμην τὰ σιγῆς ἄξια εἰς τοὐμφανὲς ἄγειν.

ΝΔ'.

ΕΥΝΟΥΧΟΣ ΚΑΙ ΘΥΤΗΣ.

Εὐνοῦχος ἦλθε πρὸς θύτην ὑπὲρ παίδων
σκεψόμενος. Ὁ θύτης δ' ἀγνοεῖν παραπλάσας,
« Ὅταν μέν » εἶπ', « αὐτοὺς ἴδω, πατὴρ γίγνῃ·
« ὅταν δὲ τὴν σὴν ὄψιν, οὐδ' ἀνὴρ φαίνῃ ».

Πρὸς τοὺς τὰς εὐχὰς ὑπὲρ τῶν οὐ δεόντων ποιουμένους, ἢ καὶ ἄλλως μὴ δυναμένων γενέσθαι.

3. A, ὅδ. Scripsi ὁ δ'. Et 5, A, ἡδ'.

4. A, πάνα.

6. Inserui δ', hiatum qui vitarem.

7. Possit junctura fieri verborum τρίτον δ' ἐπ' αὐτοῖς εἶπε. Sed quum πρῶτα sit omnino pars orationis vulpinæ, ei adtribui et ἔπειτα et τρίτον δ' ἐπ' αὐτοῖς. — Formula dicendi est attica μὴ σύγ' εἰς ὥρας ἵκοιο, monente scholiasta Luciani D. D. 6, 4; quam sic interpretatur : μὴ ὥρας ἵκοιτο· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ· μὴ καλὰ αὐτῷ τὰ ἔτη· μὴ εἰς καιρὸν φθάνοι. Ibi videsis Grævii notam et Hemsterhusii. Dixerunt et μὴ ὥραισιν ἵκοιο, ἵκοιτο. Alexis Athenæi 2. 45 : μετὰ τῶν κακῶν Ὥραισι μὴ ἵκοιθ' ὁ τοὺς θέρμους φαγών! Ibi consule Casaubonum et Schweighæuserum. Hic apposuit verba Eustathii : μὴ ἐς ὥρας ὁ δεῖνα ἵκοιτο, ἀλλὰ δηλαδὴ πρὸ ὥρας ἐκ-

Qui « Si mihi tres » ait, « easque veras dixeris sententias, « per Panem vitæ parcam tuæ ».

Vulpes contra : « Utinam primum non fuisses obviam fa- « ctus mihi! Dein, utinam occurrisses cæcus! Et super his « habe » inquit « tertiam : utinam non ad seriorem pervenias « ætatem, nec mihi denuo obviam occurras »!

Quod sæpiuscule eo sint modo circumstantiæ rerum comparatæ, ut vel præter sententiam tacenda quæ sunt in apertum proferant.

LIV.

EUNUCHUS ET POPA.

Accessit eunuchus ad popam de liberis consulturus. Cui popa, quasi ignoraret dissimulans, « Quum » inquit « istos « video, fis pater; quum autem faciem intueor tuam, ne vir « quidem esse videris ».

In eos qui vota de rebus faciunt, quæ non debent aut etiam alioqui non possunt fieri.

θερισθείη. Adde Matthiæ notam ad Iphig. Aul. 122, et quæ ipse monui ad Theophylactea Ep. 17 : μὴ ἵκοιτο ὥρας ὁ Λεύκιππος. Fabulatores prosaici formulam Babrianam non intelligebant, cui pro interpretatione substituunt : καὶ μηδαμῶς τῇ ὥρᾳ ταύτῃ ζήσῃς... μηδαμῶς δὲ τῆς ὥρας ταύτης τὸ ζῆν σοι μὴ ἐπεβραβεύθη.

1. A, παραπλώσας. Scripsi παραπλάσας.

3. A, ὅτ' ἂν μὲν εἶπε αὐτ' ἴδω. An bene correxerim multum dubito. Potuit Eunuchus de liberis quos secum duxerat, adoptatis, consulere, et αὐτοὺς conveniet; de habendis potuit, et jam in αὐτ' aliud latet. Historiolam alibi legere fere memini, sed nunc me fugit locus, quo lateat angulo.

In affabulatione pro εἰ, quod A tenet, scripsi ἢ, favente iotacismo.

ΝΕ′.

ΒΟΥΣ ΚΑΙ ΟΝΟΣ.

Ἕνα βοῦν τις εἶχε· τὴν ὄνον δὲ συζεύξας,
ἠροτρία, πτωχῶς μὲν, ἀλλ' ἀναγκαίως.
Ἐπεὶ δὲ τοὖργον ἐτετέλεστο καὶ λύειν
ἔμελλεν αὐτοὺς, ἥ τ' ὄνος διηρώτα
τὸν βοῦν· « Τίς ἄξει τῷ γέροντι τὰ σκεύη »;
ὁ δὲ βοῦς πρὸς αὐτὴν εἶπεν· « Ὅσπερ εἰώθει ».

ΝϚ′.

ΖΕΥΣ ΚΑΙ ΠΙΘΗΚΟΣ.

Εὐτεκνίης ἔπαθλα πᾶσι τοῖς ζῴοις
ὁ Ζεὺς ἔθηκε· πάντα δ' ἔβλεπε κρίνων.
Ἦλθεν δὲ καὶ πίθηκος ὡς καλὴ μήτηρ,
πίθωνα γυμνὸν, σιμὸν, ἠρμένη κόλποις.
Γέλως δ' ἐπ' αὐτῷ τοῖς θεοῖς ἐκινήθη.
Ἡ δ' εἶπεν οὕτω· « Ζεὺς μὲν οἶδε τὴν νίκην·

Fab. LV. Cf. Coray, F. 415, quæ Babrium in multis exprimit. Sed optimus editor, qui pro choliambico habuit hæc verba, Ὄνον τις ἔχων καὶ τῷ βοῒ συζεύξας, non intelligebat, politicum se facere duodecasyllabum.

3. A, τετέλεστο. Augmentum addidi, quum esset versus imperfectus.

6. Post hunc versum spatium in codice relictum fuit vacuum, adscripta notula : λείπει. Deest scilicet affabulatio; nihil aliud, puto.

LV.

BOS ET ASINA.

Bovi, quem possidebat unicum, adjuncta asina, homo quidam arabat; paupercule quidem, sed fuit necessitas.

Quum autem, opere perfecto, bestias homo esset jugo soluturus, et ita interrogaret bovem asina, « Quis senecioni « revehet instrumenta »? « Ille ipse qui solet », bos respondit asinæ.

LVI.

JUPITER ET SIMIA.

Fœcunditatis præmia cunctis animantibus Jupiter proposuit, quos æquus judex cunctos considerabat.

Venit et simia, pulcræ scilicet prolis mater, simiolum nudum, simum, ulnis sublimem gerens.

Quo viso risus fuit excussus deis.

Est autem sic loquuta : « Jupiter quidem novit cujus sit

Fab. LVI. Conf. Avianus F. 14.

2. Forsan, καλοῦ μήτηρ. Et sic converti.

4. A, πιθῶνα. Accentum retraxi. Nam sic vulgo scribunt, sicque scribi jubet regula Arcadii p. 11 : τὰ εἰς θων δισύλλαβα ἀρσενικὰ βαρύνεται, ὁπότε μὴ ἐθνικὰ εἴη ἢ περιεκτικὰ, μώθων, Ὤθων, Μάθων ὁ Θηβαῖος, πήθων (imo πίθων) ὁ πίθηκος ὑποκοριστικῶς.— A, ἠρμένη.

6. Avianus : « Jupiter hoc norit, maneat victoria si quem; Judicio superest omnibus ille meo ». Prætulerim varietatem « novit ». Cannegieterus Aviani verba pessime sollicitavit.

« ἐμοὶ δὲ πάντων οὗτός ἐστι καλλίων ».
Ὁ λόγος δοκεῖ μοι πᾶσι τοῦτο σημαίνειν,
τὸν αὐτὸς αὑτοῦ πᾶς τις εὐπρεπῆ κρίνει.

ΝΖ΄.

ΕΡΜΟΥ ΑΜΑΞΑ ΚΑΙ ΑΡΑΒΕΣ.

Ἑρμῆς, ἅμαξαν ψευσμάτων τε πληρώσας
ἀπάτης τε πολλῆς καὶ πανουργίας πάσης,
ἤλαυνε διὰ γῆς, ἄλλο φῦλον ἐξ ἄλλου
σχεδίην ἀμείβων καὶ μέρος τῶν ἀνθρώπων,
νέμων ἑκάστῳ μικρόν. Ὡς δὲ τῷ χώρῳ
τῷ τῶν Ἀράβων ἐπῆλθε καὶ διεξῄει,
λέγουσιν αὐτοῦ συντριβεῖσαν ἐξαίφνης
ἐπισταθῆναι τὴν ἅμαξαν. Οἱ δ', ὥσπερ
πολύτιμον, ἁρπάζοντες ἐμπόρου φόρτον,
ἐκένωσαν αὐτὴν, οὐδ' ἀφῆκαν εἰς ἄλλους
ἔτι προσελθεῖν, καίπερ ὄντας ἀνθρώπους.
Ἐντεῦθεν Ἄραβές εἰσιν, ὡς ἐπειράθην,
ψεῦσταί τε καὶ γόητες, ὧν ἐπὶ γλώσσης
οὐδὲν κάθηται ῥῆμα τῆς ἀληθείας.

7. Insignis est simiarum in catulos amor. Psellus Opusculis a me editis p. 176 : αἱ μὲν πίθηκοι, ἐπειδὰν τέκωσι καὶ τὰ νεογνὰ ἴδωσιν, ἀγάλματα αὐτὰ ἥγηνται καὶ τοῦ κάλλους θαυμάζουσι. Et nuper ea de re monui ad Anecdota Nova t. 1, p. 49.

Fab. LVII. Conf. Coray. Fabula 403.

4. A, σχεδίην ἀμείβων καὶ μέρος τι τῶν ἀνθρώπων, versu longiore. Delevi τι quo sententia carere potest. Hesychius : Σχεδίη· συνάφεια, κοινωνία. Erit σχεδίην pro κατὰ σχεδίην, κατὰ συνάφειαν. Est σχεδίην sic adverbialiter apud Home-

« victoria ; at hicce meus mihi est ante alios formosior omnes ».

Videtur mihi cunctis hoc significare fabula : « Filium pul- « crum esse nemo non arbitratur ipse suum ».

LVII.

MERCURII RHEDA ET ARABES.

Mercurius rhedam, quam impleverat mendaciis, doloque plurimo et astutia omnigena, per terras agebat, aliam alia gentem ordine permutans, ac particulam mortalium cuique parvam distribuens.

Ut vero, regionem ingressus Arabum, eam peragrabat, rhedam narrant repente confractam substitisse.

Arabes autem, quasi pretiosissimas, diripientes negociatoris sarcinas, rhedam vacuefecerunt, nec ad alios siverunt ultra procedere, licet et illi alii essent homines.

Inde fit ut Arabes, quod sum expertus, mendacesque sint et impostores, quorum in lingua non ullum sedet verbum quod sit verum.

rum : τύφον δὲ σχεδίην· quod Etymologicum M. interpretatur, ἐκ τοῦ σύνεγγυς.

11. In verbis καίπερ ὄντας ἀνθρώπους latet ironia : qui scilicet homines mendaciorum ac dolorum partem suo jure poterant sibi vindicare. Fabula collata : οἱ δὲ εἰς ἄλλους τόπους οὐκ εἴασαν ὁδεῦσαι, οὐδὲ τὰ κοινὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτελεῖν δυνάμενοι.

13. Suidas : γόης, γόητος .. πλάνος, ἀπατεών. Longe aliter de Arabibus sentiebat olim Herodotus 3, 8 : σέβονται δὲ Ἀράβιοι πίστις ἀνθρώπων ὁμοῖα τοῖσι μάλιστα.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ζ.

ΝΗʹ.

ΔΙΟΣ ΠΙΘΟΣ.

Ζεὺς, ἐν πίθῳ τὰ χρηστὰ πάντα συλλέξας,
ἔθηκεν αὐτὸν πωμάσας παρ' ἀνθρώπῳ.
Ὁ δ' ἀκρατὴς ἄνθρωπος εἰδέναι σπεύδων
τί ποτ' ἦν ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ πῶμα κινήσας,
διῆκ' ἀπελθεῖν αὐτὰ πρὸς θεῶν οἴκους,
κἀκεῖ πέτεσθαι, τῆς τε γῆς ἄνω φεύγειν.
Μόνη δ' ἔμεινεν Ἐλπὶς, ἣν κατειλήφει
τεθὲν τὸ πῶμα. Τοιγὰρ Ἐλπὶς ἀνθρώποις
μόνη σύνεστι, τῶν πεφευγότων ἡμᾶς
ἀγαθῶν ἕκαστον ἐγγυωμένη δώσειν.

ΝΘʹ.

ΖΕΥΣ, ΠΟΣΕΙΔΩΝ, ΑΘΗΝΑ ΚΑΙ ΜΩΜΟΣ.

Ζεὺς καὶ Ποσειδῶν, φασὶ, καὶ τρίτη τούτοις
ἤριζ' Ἀθηνᾶ, τίς καλόν τι ποιήσει.

Fab. LVIII. Cf. Coray. F. 360, p. 235. Integram fabulam ex Harleyano vulgaverat olim Tyrwhittus p. 59, 69. Repetiit inde Knochius Fab. 7. Cf. Jacobs. ad Anthol. 10, 71.

4. Suidas : πῶμα, σκέπασμα.

5. Suidas : διῆκαν, διέπεμψαν.

6. Textus Harleyanus, τῆς δὲ γῆς. Corayus scripsit tacite τῆς τε γῆς, quod mihi codex novus obtulit.

LVIII.

JOVIS DOLIUM.

Jupiter in dolio quum cuncta collegisset bona, id operuit et collocavit apud hominem.

Homo autem ille, impotens sui et scire gestiens quid ibi lateret, operculo amoto, bona permisit abire deorum ad domos, illucque volare, ac procul a terris sursum fugere. Sola autem remansit spes, quam impositum repressit operculum.

Idcirco spes mortalibus adest sola, ac fugitivorum unumquodque bonorum pollicetur se tradituram esse nobis.

LIX.

JUPITER, NEPTUNUS, MINERVA ET MOMUS.

Jovem Neptunumque, et tertiam insuper Minervam contendisse ferunt inter se, quis pulcram aliquam rem faceret.

7. A, κατειλήφει. Harl., κατείληφε. Schæferus apte conjecerat κατειλήφει, quo tempore sæpissime usum fuisse poetam ostendit n. ad F. 13, 2.

Fab. LIX. Cf. Cor. F. 190, p. 119, 120; Schneideriana 100, cum editoris nota.

1. Verba καὶ τρίτη τούτοις Ἀθηνᾶ conferam cum simili loquendi modo Sophoclis OEd. Col. 8 : αἱ πάθαι... χὠ χρόνος ξυνὼν... καὶ τὸ γενναῖον τρίτον. Quem,

Ποιεῖ μὲν ὁ Ζεὺς ἐκπρεπέστατον ζῷον
ἄνθρωπον· ἡ δὲ Παλλὰς οἶκον ἀνθρώποις·
ὁ δ' αὖ Ποσειδῶν ταῦρον. Ἡρέθη τούτοις
κριτὴς ὁ Μῶμος· ἔτι γὰρ ἐν θεοῖς ᾤκει.
Κἀκεῖνος, ὡς πέφυκε, πάντας ἐχθραίνων,
πρῶτον μὲν εὐθὺς ἔψεγεν τὸ τοῦ ταύρου,
τῶν ὀμμάτων τὰ κέρατα μὴ κάτω κεῖσθαι·
ὡς ἂν βλέπων ἔτυπτε· τοῦ δέ γ' ἀνθρώπου,
μὴ σχεῖν θυρωτὰ μηδ' ἀνοικτὰ τὰ στήθη,
ὡς ἂν βλέποιτο τὸν πέλας, τί βουλεύοι·
τῆς οἰκίας δὲ, μὴ τροχοὺς σιδηρείους
ἐν τοῖς θεμελίοις γεγονέναι, τόπους δ' ἄλλους
συνεξαμείβειν δεσπόταισιν ἐκδήμοις.
Τί οὖν ὁ μῦθός φησιν ἐν διηγήσει;
« Πειρῶ τι ποιεῖν, τὸν φθόνον δὲ μὴ κρίνειν.
« Ἀρεστὸν ἁπλῶς οὐδέν ἐστι τῷ Μώμῳ ».

Ξ'.

ΜΥΣ ΠΕΣΩΝ ΕΝ ΧΥΤΡᾼ.

Ζωμοῦ χύτρᾳ μῦς ἐμπεσὼν ἀπωμάστῳ,

quum displiceret Burgesio, vindicavi notula ad Sophoclis locum. Sic et Æschylus Choeph. 238: Μόνον Κράτος τε καὶ Δίκη, ξὺν τῷ τρίτῳ, Μεγίστῳ πάντων, Ζηνὶ, συγγένοιτο μοι. Idem Eum. 744: Παλλάδος καὶ Λοξίου Ἕκατι, καὶ τοῦ πάντα κραίνοντος τρίτου Σωτῆρος. Idem Persis 313, 317. Euripides Or. 475: Ἐγὼ, κασίγνητ', αὐτὸ τοῦτ' ἔχειν δοκῶ, Σωτηρίαν σοὶ τῶδέ τ', ἐκ τρίτων τ' ἐμοί. Asclepiades Epigr. 19: Ὑετὸς ἦν καὶ νὺξ, καὶ τὸ τρίτον ἄλγος ἔρωτι, Οἶνος..... Vide et Alcmanem Athenæi 10, 10; Menandrum Stobæi Tit. 43, 15. Dionysius Hal. De Lysia § 8: τριῶν τε ὄντων,... διανοίας τε καὶ λέξεως, καὶ τρίτης

Facit Jupiter animal pulcherrimum hominem; Pallas hominibus domum; Neptunus taurum.

Judicem sibi Momum elegerunt (adhuc enim inter deos habitabat), qui, præ nativa indole, cunctos odio prosequens, principio statim taurum culpavit quod oculis inferiora non gestaret cornua : ita enim recte cernens iceret; hominem, quod pectus illi non esset valvis instructum et adapertile, ut proximum inspiceret quid agat consilii; domum, quod ferreæ fundamentis non subjicerentur rotæ, aliis idoneæ locis permutandis, quum domini abirent peregre.

Quid igitur narrata dicit fabula? « Tenta facere aliquid; « nec judex sedeat invidia. Momo nil omnino placitum est ».

LX.

MUS QUI IN OLLAM CECIDIT.

In ollam jusculi plenam, quæ carebat operculo, mus cecidit.

τῆς συνθέσεως. Reperi τρίτον in codice 2131, edito non inferius.

3. Suidas : ἐκπρεπεῖς, ἐπίσημοι.

5. A, ἠρέθη. Scripsi ᾑρέθη. Collata fabula : κριτὴν εἵλοντο τὸν Μῶμον.

6. Ob hoc ipsum judicium pulsus fuit ab Jove ex Olympo. Fabula collata: καὶ ὁ Ζεὺς, ἀγανακτήσας κατ' αὐτοῦ ἐπὶ τῇ βασκανίᾳ, τοῦ Ὀλύμπου αὐτὸν ἐξέϐαλε.

12. De syntaxi ὡς ἂν βλέποιτο p. 6, n. 17. Et est forma βλέποιτο peculiaris, pro βλέποι. Offenderem minus ad βλέψοιτο, propter futurum notum βλέψομαι.

1. A, ζωμῷ. Scripsi ζωμοῦ. In verbis

καὶ τῷ λίπει πνιγόμενος ἐκπνέων τ' ἤδη,
« Βέβρωκα » φησί, « καὶ πέπωκα, καὶ πάσης
τροφῆς πέπλησμαι· καιρός ἐστί μοι θνήσκειν ».
Τότ' ἂν λίχνος γένοιο μῦς ἐν ἀνθρώποις,
ἂν τὸ καταβλάπτον ἡδὺ μὴ παραιτήσῃ.

Ὅτι τὰ ἐπερχόμενα κατὰ ἀνάγκην κακὰ εἰώθασί τινες τοιούτοις ἐξομαλίζειν λόγοις.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Η.

ΞΑ΄.

ΚΥΝΗΓΟΣ ΚΑΙ ΑΛΙΕΥΣ.

Ἤει κυνηγὸς ἐξ ὄρους κυνηγήσας·
ἤει δὲ γριπεὺς κύρτον ἰχθύων πλήσας.
Καί πως συνηβόλησαν οἱ δύ' ἀλλήλοις·
χὠ μὲν κυνηγὸς ἰχθύων ἀλιπλώων,
θήραν δ' ὁ γριπεὺς ἠρέθιζεν ἀγρίην·
τά τ' εἶχον ἀντέδωκαν· εἶτα τὴν θήρην

ζωμοῦ χύτρᾳ est ellipsis nota adjectivi πλήρει. Eunapius fragm. 1, p. 458 : τὸ πλοῖον οὖν ἔχων τοξεύματος. Ibi nota. Homerus Od. 10, 346 : Κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο. Euripides Andromeda 33 : Ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκάφος. Apollodorus Bibl. 2, 8, 4 : κομίσας ὑδρίαν ὕδατος. Theocritus 15, 114 : Συρίω δὲ μύρω χρύσει' ἀλάβαστρα. Æschylus, forsan non sollicitandus, Ag. 933 : Οἶκος δ' ὑπάρχει τῶνδε. Conf. locum Galeni in n. 7 ad Fab. 66.

5. Suidas : λίχνος... λιμβὸς, λαίμαργος. Moschopulus Π. σχ. p. 40 : λίχνος, ὁ λαίμαργος... παρὰ τὸ λίαν χαίνειν. Obiter e Moschopuli libro mendam delebo duobus ante versibus : δουλεία δὲ ἰῶτα. Quod repetit editio Vindobonensis. Le-

Et suffocatus adipe, jamque expirans animam, « Edi », inquit, « bibique, et cunctis implevi me cibis. Mihi tempus « est mori ».

Helluo fies mus inter homines, si quæ nocent dulcia non respues.

Quod occurrentia vi necessitatis mala solent nonnulli similibus delenire sermonibus.

LXI.

VENATOR ET PISCATOR.

Post venationem venator ex monte veniebat; veniebat et piscator cum nassa plena piscibus; casuque inter se fuerunt obvii.

Venator piscium capturam æquoreorum præferebat, silvestrem piscator; quæque ceperant alter dedit alteri.

Deinceps tali semper usi permutatione, cœnas cœnabant

gendum ἀειδουλία, quod exhibet codex 2599.

6. A, ἐάν. Scripsi ἂν propter metrum.

Fab. LXI. 2. A, γρυπεύς. Suidas: γριπεὺς, ἰχθύων θηρευτής. Ex permutatione vocalium ι υ corrigatur poetaster anacreonticus in Anecd. Paris. t. 4, p. 386: Γυμνὸς ἦν ἀνάρβιλός τε. Legendum ἀνάρβυλός τε.

3. Οἱ δύ' ἀλλήλοις) Sic F. 12, 5: ἔγνωσαν αἱ δύ' ἀλλήλας.

4. Suidas: ἁλίπλοα, ἐν τῇ θαλάσσῃ πλέοντα.

5. A, ἠρέθιζεν. Suidas: αἱρετίζω..... σημαίνει δὲ καὶ προσαιροῦμαι. Idem: ἡρετισάμην, εἱλόμην, ἐξελεξάμην. De quo verbo monui ad Anecdota Græca t. 2, p. 318.

ἤμειϐον αἰεὶ, δεῖπνα δ' εἶχον ἡδίω,
ἕως τις αὐτοῖς εἶπεν· « Ἀλλὰ καὶ τούτων
« τὸ χρηστὸν ἐξολεῖται τῇ συνηθείᾳ,
« πάλιν δ' ἕκαστος ἃ πρὶν εἶχε ζητήσει ».

Ὅτι πᾶς δυσάρεστος, τοῦ παρόντος ἡδέος μικροῦ τι ἀπολαύσας, εὐθὺς τὴν ἐπιθυμίαν ἐφ' ἕτερον τρέπει.

ΞΒʹ.

ΗΜΙΟΝΟΣ.

Ἡμίονος ἀργῆς χιλὸν ἐσθίων φάτνης,
καὶ κριθιάσας, ἐτρόχαζε κἀφώνει,
τένοντα σείων· « Ἵππος ἐστί μοι μήτηρ·
« ἐγὼ δ' ἐκείνης οὐδὲν ἐν δρόμοις ἥττων ».
Ἄφνω δ' ἔπαυσε τὸν δρόμον κατηφήσας·
ὄνου γὰρ εὐθὺς πατρὸς ὧν ἀνεμνήσθη.

Ὁ μῦθος διδάσκει ἡμᾶς μὴ μέγα φρονεῖν ἐν ταῖς εὐημερίαις, μάλιστα δὲ τοὺς ἐξ ἀγενῶν προγόνων κατὰ τύχην δοξασθέντας.

Conf. Coray. Fab. 140, p. 82, 83, 338; Knoch. Fragm. 57.

2. De verbo κριθιᾶν Blomfield. Gloss. Ag. 1631; de τροχάζειν vide n. ad Fab. 50, 2.— A, καὶ φώνει. Non putavi posse abesse augmentum in tali oratione. Abest quidem in versu Babrii Corayanæ p. 272, mihi F. 33, 15: οἱ ψᾶρες ἦλθον

suaviores, tamdiu dum illis quidam « Sed et horum » dixit, « peribit assuetudine suavitas, atque rursus quæ olim vescebatur vestrum quisque sibi quæret ».

Quod fastidiosior quilibet, præsente voluptate paululo degustata, ilico mentem ad aliud vertat.

LXII.

MULUS.

Mulus, ignavi pabulum præsepis edens et hordeo satur, cursitabat, et clamabat, cervice jactata ferocius : « Equa mihi « mater est; nec illa ego sum cursu tardior ».

Ast illico cursum compescuit, vultumque demisit mœstus; quippe qui subito meminit asinum sibi fuisse patrem.

Docet nos fabula rebus in prosperis altam neutiquam gerere mentem, eos inprimis quibus, humili de stirpe creatis, contigit esse celebribus.

καὶ νέμοντο τὴν χώραν· sed ipse inveni augmentum in codice, ac feci crasin κἀνέμοντο, quam jam fecisse Burgesium disco ex Levisio; a quo etiam doceor ᾐτήκει, quod correxi ibid. v. 8, fuisse inventum et a Buttmanno.

5. Hesychius : κατηφήσας, κατανιαθείς.

ΞΓ΄.

ΗΡΩΣ.

Ἦν τις κατ' οἴκους ἀνδρὸς εὐσεβοῦς ἥρως
ἔχων ἐν αὐλῇ τέμενος. Ἔνθα δὴ θύων,
στέφων τε βωμοὺς καὶ καταβρέχων οἴνῳ,
προσηύχετ' αἰεί· « Χαῖρε, φίλταθ' ἡρώων,
« καὶ τὸν σύνοικον ἀγαθὰ δαψιλῆ ποίει ».
Κἀκεῖνος αὐτῷ νυκτὸς ἐν μέσαις ὥραις,
« Ἀγαθὸν μέν » εἶπεν, « οὐδὲν ἄν τις ἡρώων
« σοί γ' ἂν παράσχοι· ταῦτα τοὺς θεοὺς αἴτει·
« κακῶν δὲ πάντων, ἅτε σύνεστιν ἀνθρώποις,
« δοτῆρες ἡμεῖς. Τοιγὰρ εἰ κακῶν χρῄζεις,
« εὔχου· παρέξω πολλὰ, κἂν ἓν αἰτήσῃς.
« Πρὸς ταῦτα λοιπὸν αὐτὸς οἶδας ἂν θύσῃς ».

Ὅτι τοὺς πονηροὺς οὐ δεῖ αἰτεῖν ἀγαθά· οὐ γὰρ παρέξουσιν· εἰ δὲ κακά τις αἰτεῖται, ἑτοίμως μᾶλλον παρέχουσι.

Conf. Coray. Fab. 399.

2. Sic Spartæ in aula Aristonis regis erat ædicula herois Astrabaci, narrante Herodoto 6, 69 : ἐκ τοῦ ἡρωΐου τοῦ παρὰ τῇσι θύρῃσι τῇσι αὐλείῃσι ἱδρυμένου τὸ καλέουσι Ἀστραβάκου.

4. A, ἀεί. Et sic F. 61, 7.

5. Euripides Alc. 1023 : χαῖρ', ὦ πότνι'· εὖ δὲ δοίης. — Suspicor periisse precis particulam.

6. Anacreon : Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις.

7. A, οὐδ' ἄν. Mutavi ob metrum.

8. A, ἡρώων, οὔτ' ἂν παράσχοι. Scripsi σοί γ' ἄν, quod mendosis syllabis οὔταν

LXIII.

HEROS.

Hominis in domo pii heros stabat quidam, cujus intus aulæ sacellum erat. Ibi ideo faciens sacra, arasque coronans ac spargens vino, preces fundebat assiduas : « Salve, heroum « dilectissime, contubernalemque tuum dapsilibus augeas « bonis ».

Et heros illi, mediæ noctis hora, « Bonum » inquit, nullum « ullus heroum impertietur tibi. Talia petas a diis. Ast cun-« ctorum, quibus mortales premuntur, malorum largitores « sumus. Idcirco si mala cupis tibi, rogato; præbebo multa, « unum licet postulaveris. Ipse ergo novisti num rem sacram « deinceps facies ».

Quod ab improbis bona non oporteat petere; non dabunt enim. Si vero mala quis petierit, dant paratius.

fere proximum est, talem lectionem non pro certa venditans; sed non improbabilis esse videtur.

Sit et pro affabulatione sententia Gnomologii Georgidiani a me edita An. Gr. t. 1, p. 31 : δεῖ τὸν πονηρὸν ἄνδρα μὴ αἰτεῖν ἀγαθά· κακὰ δὲ μᾶλλον αἰτούμενος ἑτοίμως παρέξει. Eam quidem edidi, prout repereram, anonymam. Sed in codice Georgidæ, quem mecum communicavit Μηνᾶς, nomen Βαβρίου, præcedenti additum, quam attuli ad Fabulæ 26 affabulationem, et huic contribuendum est.

ΞΔ΄.

ΕΛΑΤΗ ΚΑΙ ΒΑΤΟΣ.

Ἤριζον ἐλάτη καὶ βάτος πρὸς ἀλλήλας.
Ἐλάτης δ᾽ ἑαυτὴν πολλαχῶς ἐπαινούσης·
« Καλὴ μέν εἰμι καὶ τὸ μέτρον εὐμήκης,
« καὶ, τῶν νεφῶν σύνοικος, ὀρθίη φύω·
« στέγη τε μελάθρων εἰμὶ, καὶ τρόπις πλοίων,
« δένδρων τοσούτων ἐκπρεπεστάτη πάντων »·
βάτος πρὸς αὐτὴν εἶπεν· « Ἢν λάβῃς μνήμην
« καὶ τῶν πελέκεων τῶν ἀεί σε κοπτόντων,
« καὶ τῶν πελύκων τῶν ἀεί σε τεμνόντων,
« βάτος γενέσθαι καὶ σὺ μᾶλλον αἱρήσῃ ».
Ἅπας ὁ λαμπρὸς τῶν ἐλαττόνων μᾶλλον
καὶ δόξαν ἔσχε, χὐπέμεινε κινδύνους.

Ὁ μῦθος πρὸς τοὺς κοσμικαῖς ἀρχαῖς μεγαλοφρονοῦντας, καὶ διὰ τοῦτο τῶν πέλας κατεπαιρομένους, οἳ, μετὰ αὐταρκείας βιοῦντες, κἀντεῦθεν τῶν μεγάλων ἐκφεύγουσι κινδύνων.

Conf. Coray. Fab. 180; et Knochius, p. 204; Avianus Fab. 19.

4. Suidas: φύω, βλαστάνω.

8. Addidi καὶ ut versus posset incedere. Quum πελέκεων et quod sequitur πελύκων paulo diversum nomen esse videantur ejusdem instrumenti, fere crediderim alterutri aliud esse substituendum vocabulum. Fabula collata: μνησθεῖσα τῶν πελέκεων καὶ πριόνων τῶν κοπτόντων σε. Possit quidem πελύκων displicere altero magis, quum pronun-

LXIV.

ABIES ET RUBUS.

Contendebant abies et rubus inter se.

Abiete autem variis se ipsam efferente laudibus :

« Pulcra sum, ac statura concinne procera, et, quæ sim « nubium incola, recta cresco. Palatiis fio tectum et carina « navibus, tot inter arbores cunctarum spectabilissima »;

Rubus reposuit :

« Si te subierit memoria et bipennium indesinenter te fe« rientium, et asciarum indesinenter te secantium, rubus « fieri tu quoque lubens optabis ».

Clarus quicumque est, majoremque inferioribus gloriam consequutus, etiam majora pertulit pericula.

Ad homines spectat fabula mundanis superbientes dignitatibus, ideoque efferentes se arrogantius in proximos, qui mediocrem et modestam vitam vivunt, indeque magna effugiunt pericula.

tiarit Photius esse barbarum reperiaturque non semel in Bibliis, verbi causa, apud Jeremiam 23, 29 : οὐκ ἰδοὺ οἱ λόγοι μου ὥσπερ πῦρ, λέγει Κύριος, καὶ ὡς πέλυξ κόπτων πέτραν; Meminit tamen genitivi πέλυκος Athenæus 9, 47.

12. A, καὶ ὑπέμεινε. Quod contraxi ut mihi constarem. Vide ad Fab. 33, notam 15.

In affabulatione A, ἐκφεύγωσι. Nomen κοσμικὸς facile docet lectorem additam esse sententiam ab homine christiano, quod et de plurimis aliis affabulationibus dici debet.

ΞΕʹ.

ΓΕΡΑΝΟΣ ΚΑΙ ΤΑΩΣ.

Ἤριζε τεφρὴ γέρανος εὐφυεῖ ταῷ
σείοντι χρυσᾶς πτέρυγας. « Ἀλλ᾽ ἐγὼ ταύταις »
ἡ γέρανος εἶπεν, « ὧν σὺ τὴν χρόην σκώπτεις,
« ἄστρων σύνεγγυς ἵπταμαί τε καὶ κράζω.
« Σὺ δ᾽, ὡς ἀλέκτωρ, ταῖσδε ταῖς καταχρύσοις
« χαμαὶ πτερύσσῃ » φησίν, « οὐδ᾽ ἄνω φαίνῃ ».
Θαυμαστὸς εἶναι σὺν τρίβωνι βουλοίμην,
ἢ ζῆν ἀδόξως πλουσίᾳ σὺν ἐσθῆτι.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Θ.

ΞϚʹ.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΣΥΝ ΔΥΣΙ ΠΗΡΑΙΣ.

Θεῶν Προμηθεὺς ἦν τις, ἀλλὰ τῶν πρώτων.

Fab. LXV. Cf. Cor. F. 357, p. 230, 408; Knoch. Fragm. 11; Avianus Fab. 15.

1. A, τέφρη. Est ταῷ spondæus. Sic et ταὼς in fragmento apud Suidam : γέρανος, τὸ ὄρνεον. ἐπίκοινον τῷ γένει · Βάβριος· « Λίβυσσα γέρανος ἠδὲ ταὼς εὐπήληξ Χλωρὴν ἀεὶ βόσκοντο χείματος ποίην. » Corrigit quidem Knochius, ac sine probabilitate, ταώς τις. Sed qui corriget clausulam εὐφυεῖ ταῷ? Refert Knochius id fragmentum ad fabulam præsentem, quod est vero simile, novumque præbet duarum recensionum testimonium. Et scriberem ἀεὶ ᾽βόσκοντο. Nam displicet

LXV.

GRUS ET PAVO.

Grus cinerea formoso pavoni contendebat, aureas jactitanti pennas.

« Ast ego hisce » dixit grus, « quarum tu carpis colorem, « alis proxima feror sideribus, crocitoque; dum tu, gallus « uti gallinaceus, pennis istis inauratis humi plaudis latera, « neque sursum » ait, « evolas ».

Movere admirationem tenui mavelim in pænula, quam in veste splendida vivere inglorius.

LXVI.

HOMO DUAS MANTICAS FERENS.

De deis unus Prometheus fuit, et de primoribus etiam.

augmenti omissio. Vide ad Fab. 33, 15; 62, 2. Ni fuerit a Babrio βόσκοντε scriptum, quod mutaverit Suidas, qui voluerit sententiam proferre integram, et esse brevis.

4. Ferme videtur scriptum κρώζω:

Fab. LXVI. Conf. Coray. Fab. 337, p. 221, 222; Stobæus Tit. 23, 6; Tzetzes Chil. 9, 942; Phædrus 4, 10.

1. A, jungit τῶν πρώτων Τοῦτον..... Distinguere aliter visum est necessarium.

Τοῦτον πλάσασθαί φασι δεσπότην ζῴων
ἄνθρωπον ἐκ γῆς. Ἐκ δὲ τοῦ δύο πήρας
κρεμάσαι φέροντά φασι τῶν ἐν ἀνθρώποις
κακῶν γεμούσας, τὴν πρόσω μὲν ὀθνείων,
ἰδίων δ' ὄπισθεν, ἥτις ἦν πολλῷ μείζων.
Διό μοι δοκοῦσι συμφορὰς μὲν τὰς ἄλλων
βλέπειν ἀκριβῶς, ἀγνοεῖν δὲ τὰς οἴκοι.

ΞΖ'.

ΟΝΑΓΡΟΣ ΚΑΙ ΛΕΩΝ.

Θήρης ὄναγρος καὶ λέων ἐκοινώνουν,
ἀλκῇ μὲν ὁ λέων, ὁ δ' ὄνος ἐν ποσὶ κρείσσων.
Ἐπεὶ δὲ λείαν εἶχον ἄφθονον ζῴων,
ὁ λέων μερίζει, καὶ τίθησι τρεῖς μοίρας.
Καὶ « Τὴν μὲν αὐτός » φησί, « λήψομαι πρῶτος·
« βασιλεὺς γάρ εἰμι· λήψομαι δὲ κἀκείνην,
« ὡς ἐξ ἴσου κοινωνός· ἡ τρίτη δ' αὕτη
« κακόν τι δώσει μὴ θέλοντί σοι φεύγειν ».
Μέτρει σεαυτόν· πρᾶγμα μηδὲν ἀνθρώπῳ
δυνατωτέρῳ σύναπτε, μηδὲ κοινώνει.

6. A, πολύ. Scripsi πολλῷ, metro cogente. Sed πολὺ μείζω servabitur merito Fab. 79, 3.

7. A, μὲν ἀλλήλων. Rescripsi τὰς ἄλλων. Illa nomina confusa sæpius fuerunt propter similitudinem et compendia. — Galenus De dignotione et curatione morb. animæ t. 1, p. 352 : δύο γὰρ, ὡς Αἴσωπος ἔλεγε, πήρας ἐξήμμεθα τοῦ τραχήλου, τῶν μὲν ἀλλοτρίων τὴν πρόσω, τῶν ἰδίων δὲ τὴν ὀπίσω, καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἀλλότρια βλέπομεν ἀεὶ, τῶν δ' οἰκείων ἀθέατοι καθίσταμεν. Wyttenbachius ad Plut. t. 1, p. 417, conjicit scribendum καθιστάμεθα. Corayus, qui Galeni locum exhibuit ex Hauptmanni collectione,

Illum finxisse ferunt dominum animantium ex humo hominem, cui duas suspendisse dicunt manticas humanis refertas malis, anticam alienis, propriis posticam, eamque multo ampliorem.

Idcirco mihi videntur homines in aliorum malis cernere acutum, quæ autem habent domi nescire.

LXVII.

ONAGER ET LEO.

Onager et leo venationis erant socii; robore præstantior leo, asinus velocitate pedum.

Largam vero nacti animalium prædam, dividit leo, tresque partes facit.

Et « Hanc » inquit, « ipse tollam prior; ego enim rex sum. « Tollam et hanc etiam, qui sim ex æquo socius. Ista vero « tertia, ni fugere velis, mali quid dabit tibi ».

Metitor te ipsum; rem nullam cum homine potentiore communicato, nec illi fias socius.

veram tenet lectionem καθέσταμεν.

Fab. LXVII. Cf. Cor. F. 225, p. 147, 148; Knochius p. 203; Phædrus 1, 5.

3. Forsan λείην.

4. Ignatii Fabula sic incipit : Ἄγρην γεράνῳ μέριζε καὶ κερδοῖ λέων· Πρώτην δὲ μοῖραν, εἶπεν, ὡς νομεὺς ἔχω. Pro γεράνῳ proponit ὀνάγρῳ Corayus, non perspiciens cum utroque nomine versum esse syllaba longiorem. Videtur scripsisse Ignatius ἄγρην ὄνῳ μέριζε σὺν κερδοῖ λέων. Fecit Ignatius tres personas propter tres partes. Sumsi σὺν e codice in quo reperi γεράνῳ μοῖραν σὺν κ. λ., et sic scriptum melius secundum versum : Πρώτην μὲν, εἶπεν, μοῖραν ὡς ν. ἔχω.

ΞΗʹ.

ΑΠΟΛΛΩΝ ΚΑΙ ΖΕΥΣ.

Θεοῖς Ἀπόλλων ἔλεγε μακρὰ τοξεύων·
« Οὐκ ἂν βάλοι τις πλεῖον, οὐδὲ τοξεύσει ».
Ὁ Ζεὺς δὲ παίζων ἠρίδαινε τῷ Φοίβῳ.
Ἑρμῆς δ' ἔσειεν Ἄρεος ἐν κυνῇ κλήρους·
Λαχὼν δ' ὁ Φοῖβος, χρυσέην τε κυκλώσας
τόξοιο νευρὴν, ὀξέως ἀφεὶς πρῶτος,
τὸ βέλος ἔπηξεν ἐντὸς Ἑσπέρου Κήπου.
Ὁ Ζεὺς δὲ, διαβὰς τοῦτο μέτρον, εἱστήκει,
καὶ « Ποῦ βαλῶ, παῖ », φησίν· « οὐκ ἔχω χώραν ».
Τόξου δὲ νίκην ἔλαβε μηδὲ τοξεύσας.

Ὅτι ἔστι τινὰ καὶ κόπου χωρὶς νίκην ἄρασθαι, σοφῶς τοῖς πράγμασι κεχρημένον.

Conf. Coray. Fab. 187, p. 116, 366; Knochius Fab. 2.

1. A, τοξεύειν. Editus textus, τοξεύων, melius, idque recepi. Visum est esse μακρὰ τοξεύων idem consueto dei epitheto ἑκηβόλος. Sed poterit intelligi de actione præsenti : « quum longe sagittaret ».

2. Lectio codicis confirmat quam feceram olim contextus Corayani emendationem ad Anecdota Græca t. 1, p. 367, τοξεύσει, pro edito τοξεύσοι.

4. Virgilius Æn. 5, 490 : « Convenere viri, dejectamque ærea sortem Adcepit galea ». Ubi Servius : « sic ut Homerus : Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες »· ex Il. 23, 861. Conf. Il. 7, 176...

5. Editio : Λαχὼν δὲ Φοῖβος, τὸ τόξον ἐκκυκλώσας τὸ βέλος... omisso versu sexto... Quintum quo tentarunt modo critici commemorare nil nunc attinet.

LXVIII.

APOLLO ET JUPITER.

Doctus Apollo longe jaculari deis dicebat : « Nullus vestrum « sæpius feriet, nec sagittam mittet longius ». Per ludum autem et jocum Jupiter contendebat.

Et Mercurius sortes quatiebat Martis in casside. Jactusque obtigit Apollini prior.

Nec mora, incurvato aureo arcus nervo, emittit sagittam, quam Horto defigit intus Hesperio.

Ast Jupiter, gressu id emensus intervallum, stetit, et « Quo « jaculabor »? ait; « mihi defit locus ».

Itaque in sagittæ mittendæ certamine vicit, quum ne sagittam quidem misisset.

Quod sit vel absque labore victoriam reportare, si quis perite rebus utatur.

8. A, τοῦτο. Editio ταὐτὸ μέτρον ἔστη. Divinaverat lectionem εἱστήκει C. Schneiderus. Placet ταὐτό.

9. A, καὶ ποῦ βάλλω, παῖ. Editio, καὶ ποῦ βάλω, ναί. Scripsi βαλῶ. Puto codicem Vaticanum ad quem facta fuit editio et nomen παῖ habere, sed forsan lectu difficilius, et inde male lectum.— Οὐκ ἔχω χώραν) Epictetus Arriani 4, 1, 106 : δεῖ γενέσθαι καὶ ἄλλους καθάπερ καὶ σὺ ἐγένου, καὶ γενομένους ἔχειν χώραν καὶ οἰκήσεις. Joann. Chrysost. t. 3, p. 507, C.

10. Textus Vaticanus, ἔλαβεν μηδὲν τοξεύσας. Lectionem bonam, quam mihi codex obtulit, repererant conjectura viri d.; qua recepta ne sic quidem versus rationem sibi satisfacere Knochius declarat; qui quid sibi creaverit difficultatis non intelligo.

Ex epimythii verbis facile choliambicus eruetur : Ἔστι τινὰ καὶ χωρὶς κόπου λαβεῖν νίκην. Sed id fit casu, opinor.

ΞΘ'.

ΛΑΓΩΟΣ ΚΑΙ ΚΥΩΝ.

Θάμνου λαγωὸν τὸν δασύπουν ἀναστήσας
Κύων ἐδίωκεν, οὐκ ἄπειρος ἀγρεύειν·
δρόμῳ δ' ἐλείφθη. Καί τις αἰπόλος σκώπτων,
« Ὁ πηλίκος σου » φησίν, « εὑρέθη θάσσων ».
Ὁ δ' εἶπεν· « Ἄλλως ἄλλον ἁρπάσαι σπεύδων
« τρέχει τις, ἄλλως δ' ἄλλον ἐκ κακοῦ σῴζων ».

Ο'.

ΘΕΩΝ ΓΑΜΟΙ.

Θεῶν γαμούντων, ὡς ἕκαστος ἐζεύχθη,
παρῆν ἐφ' ἅπασι Πόλεμος ἐν ἑκάστῳ κλήρῳ.
Ὕβριν δὲ γήμας, ἣν Ἄρης κατειλήφει,
ταύτης περισσῶς, ὡς λέγουσιν, ἠράσθη·
ἕπεται δὲ ταύτῃ πανταχοῦ βαδιζούσῃ.

F. LXIX. Ex Schol. Thucyd. 4, 92. Conf. Knoch. Fr. 46.

1. Inserui τὸν versui breviori.

3. Suidas : λείπεσθαι, ἡττῆσθαι. Vide Fab. 5, n. 3.

6. Schol. Thucyd. l. l. : ἐκ τῶν τοῦ Αἰσώπου μύθων· « ἄλλος ἄλλον ἀγρεῦσαι θέλων Τρέχει τις, ἄλλος δ' ἄλλον ἐκ κακοῦ σώζων ». Boylius Babrii esse versus suspicatus fuit feliciter. Baverus prius ἄλλος mutabat in ἄλλως. Adde Knoch. l. l. Mihi quidem primum scholii repetitum

LXIX.

LEPUS ET CANIS.

Ex fruticeto leporem villosipedem quem excitaverat, insequebatur canis, venandi non imperitus. Cursu tamen fuit impar.

Et caprarius quidam dixit per jocum : « Quantula bestia « reperta fuit te velocior »?

Cui canis : « Currit aliquis aliter alium rapere qui cupit; « et aliter alium qui ex malo servat ».

LXX.

DEORUM NUPTIÆ.

Quum dei ducerent uxores, ut quisque duxerat suam, aderat Bellum sorti cunctorum unicuique.

Injuriam autem sibi ducens, quam Mars ceperat, illam, ferunt, amavit perdite, et, quoquo movet vestigia, subsequitur.

ἄλλος placebat; sed deteriora me sequi opportune monstravit doctus collega Boyerius, vir amicissimus.

F. LXX. 2. Addidi ἐν versui breviori. —Describam similis argumenti fabulam 361 Corayanæ. Babrianam narrationem non nitidam satis paululum elucidabit: Θεοὶ πάντες ἔγημαν ἣν ἕκαστος εἴληφεν ἐν κλήρῳ. Πόλεμος παρῆν ἑκάστῳ κλήρῳ. Ὕβριν δὲ μόνην κατέλαβε, καὶ, ταύτης περισσῶς ἐρασθεὶς, ἔγημεν. Ἐπακολουθεῖ δὲ αὐτῇ πανταχοῦ βαδιζούσῃ.

Μή γ' οὖν ἔθνη που, μὴ πόλεις τὰς ἀνθρώπων
ὕβρις ἐπέλθοι, προσγελῶσα τοῖς δήμοις,
ἐπεὶ μετ' αὐτὴν πόλεμος εὐθέως ἥξει.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ι.

ΟΑ΄.

ΓΕΩΡΓΟΣ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΑ.

Ἰδὼν γεωργὸς νῆα ναυτίλων πλήρη
βάπτουσαν ἤδη κῦμα κυρτὸν ἐκ πρώτης,
« Ὦ πέλαγος » εἶπεν, « εἴθε μήποτ' ἐπλεύσθης,
« ἀνηλεὲς στοιχεῖον ἐχθρὸν ἀνθρώποις » !
Ἤκουσε δ' ἡ θάλασσα καὶ γυναικείην
λαβοῦσα φωνὴν, εἶπε· « Μή με βλασφήμει·
« ἐγὼ γὰρ ὑμῖν οὐδὲν αἰτίη τούτων,
« ἄνεμοι δὲ πάντες, ὧν ἐγὼ μέση κεῖμαι.
« Τούτων δὲ χωρὶς ἂν ἴδῃς με καὶ πλεύσῃς,
« ἐρεῖς με τῆς σῆς ἠπιωτέρην γαίης ».
Ὅτι πολλὰ πράγμαθ' αἱ κακαὶ φύσεις χρηστὰ
τρέπουσιν εἰς τὸ χεῖρον, ὡς δοκεῖν φαῦλα.

Conf. Coray. Fab. 247, p. 162, 385.
2. In verbis βάπτουσαν κῦμα scilicet κατὰ κῦμα est participium neutraliter sumtum.— Exstat formula ἐκ πρώτης et Fab. 45, 14.

11, 12. Epimythium hoc poeticum si scripserit Babrius, vix puto debilissimo initio conjunctionis ὅτι usum fuisse, sed scripsisse potius πάμπολλα, vel ὡς πολλὰ, sumto ὡς superlativa si-

Nunquam igitur populos, nunquam mortalium urbes injuria ingrediatur, adridens civibus, quandoquidem pone illam bellum ilico superveniet.

LXXI.

AGRICOLA ET MARE.

Cernens agricola navem refertam nautis, jam se primum incurvis tinguentem fluctibus, « O pelagus », inquit, « utinam « fuisses nunquam secatum rate, immisericors elementum, « inimicumque mortalibus »!

Audivit mare, voceque sumta muliebri, « Ne me calumnie- « ris », inquit. « Equidem malorum omnino vobis non sum « illorum causa; sed auctores venti, quorum ego jaceo media. « Quibus absentibus, si me spectes, ac naviges, me tua man- « suetiorem terra prædicabis ».

Res plurimas, quæ sunt bonæ, prava ingenia in pejus vertunt, ita ut videantur malæ.

gnificatione, vel interjective. Alia dubitandi causa oritur ex clausula versus, quem sic exhibet A, Ὅτι πολλὰ χρηστὰ πρ. αἱ κακαὶ φύσεις, cum iambica clausula, quam quidem mutavi transpositione vocabuli χρηστά· sed displicent trochaicæ duæ clausulæ continuæ, quamvis ferendæ.

Ὁ μῦθος οὗτος ἐλέγχει ἐκείνους, οἵτινες διαβολαῖς πρὸς τοὺς δυνάστας βλάπτειν πεφύκασι τοὺς πέλας, οἳ παραπλήσιοί εἰσιν ἀνέμοις χειμερίοις.

ΟΒʹ.

ΟΡΝΕΙΣ ΚΑΙ ΚΟΛΟΙΟΣ.

Ἶρις ποτ' οὐρανίων ποδήνεμος κῆρυξ
πτηνοῖσι κάλλους εἶπεν ἐν θεῶν οἴκοις
ἀγῶνα κεῖσθαι· πᾶσι δ' εὐθὺς ἠκούσθη·
καὶ πάντα θεῖον ἔσχεν ἵμερον ζῴων.
Ἔσταζε πέτρης αἰγὶ δυσβάτου κρήνη,
καὶ θερινὸν ὕδωρ καὶ διαυγὲς εἱστήκει
Πάντων τ' ἐπ' αὐτὸ φῦλον ἦλθεν ὀρνίθων,
πρόσωπα δ' αὐτῶν ἐξέλουε καὶ κνήμας,
ἔσειε ταρσούς, ἐκτένιζε τὰς χαίτας.
Ἦλθεν δ' ἐκείνην καὶ κολοιὸς εἰς κρήνην
γέρων κορώνης υἱός· ἄλλο δ' ἐξ ἄλλου
πτερὸν καθ' ὑγρῶν ἐντὸς ἁρμόσας ὤμων,
μόνος τὰ πάντων ποικίλως ἐκοσμήθη,
καὶ πρὸς θεοὺς ᾖξεν αἰετοῦ κρείσσων.
Ὁ Ζεὺς δ' ἐθάμβει, καὶ παρεῖχε τὴν νίκην,

Conf. Coray. Fab. 188, p. 116-119, 367; Theophylactus Simoc. Ep. 34; Phædrus 1, 3.

1. A, ἶρις ποτ' οὐρανίου πορφυρῆ κῆρυξ. Correxi, ut potui. Quod latet sub πορφυρῆ epithetum non divino. Ut locus possit lectorem non morari, sumsi Homericum nomen. Fabula collata p. 119: Ἶρις ὁ τῶν θεῶν ἄγγελος.

4. Exhibeo scripturam quam reperi.

5. A, κρήνης.

6. Forsan, θερμόν.

Fabula hæc eos carpit, qui calumniis apud potentiores solent nocere proximo, hibernisque ventis sunt similes.

LXXII.

AVES ET GRACULUS.

Iris quondam Olympiorum pernice vento pernicior præco avibus indixit pulcritudinis in deorum regia certamen poni. Cunctisque ilico vox ejus audita fuit, ac nullam non volucrum cepit cœlitus immissa cupido.

De rupe capræ non pervia fons stillabat, tepensque restagnabat latex et pellucidus.

Huc tota convenit gens avium, oraque lavabant ac tibias, pennas quatiebant, pectebantque comas.

Accessit ad hunc et graculus fontem, filius cornicis vetulus. Aliam autem avis alius plumam humentibus interius aptans humeris, unus cunctarum coloribus fuit ornatus varie, et ad deos propere evolavit aquila superbior.

Mirabundus obstupuit Jupiter, ac victorem erat graculum

8. A, αὐτῶν. Et in affabulatione A, αὐτοῖς, quod pariter mutavi.

10. A, ἦλθε δ'. Spondæum feci. Sic Fab. 47, 2, A, εἶχε, quod indicare sum oblitus.

11. Id animadvertendum, quod κολοιὸν avem vulgo suî generis habitam, etsi cornici proximam, cornicis pullum fecerit grandiorem. Vide notata ad Herodianum Epim. p. 70, ad Theoph. Simocattam Ep. 12, p. 240; Desbillons. ad Fab. 8, 24.

εἰ μὴ χελιδὼν αὐτὸν, ὡς ἀθηναία,
ἤλεγξεν, ἑλκύσασα τὸ πτερὸν πρώτη.
Ὁ δ' εἶπεν αὐτῇ· « Μή με συκοφαντήσῃς ».
Τὸν δ' ἄρα τρυγὼν ἐσπάραττε καὶ κίχλα,
καὶ κίσσα, καὶ κορυδαλὸς σὺν τάφοις παίζων,
χὡ νηπίων ἔφεδρος ὀρνέων ἴρηξ,
τά τ' ἄλλ' ὁμοίως. Καὶ κολοιὸς ἐγνώσθη.
Ὦ παῖ, σεαυτὸν κόσμον οἰκεῖον κόσμει·
ξένοις γὰρ ἐμπρέπων στερηθήσῃ τούτων.

Ὅτι οἱ νόθον καὶ ἐπείσακτον αὐτοῖς περιθέντες κόσμον, ἀλλοτρίῳ τε κάλλει σεμνυνόμενοι, εἴ ποτε τοῦ τοιούτου γυμνωθεῖεν, γέλως λοιπὸν τοῖς πρὶν ἀγνοοῦσιν ὁρῶνται.

ΟΓ'.

ΙΚΤΙΝΟΣ.

Ἴκτινος ἄλλην ὀξέην εἶχε κλαγγήν·

21. Ut avis Attica, et idcirco ceteris callidior et doctior. Si hirundo ex Procne, Thracia quidem, sed Pandionis Atheniensium regis uxore, facta fuerit, dici Atheniensis potuit; si autem ex Philomela Pandionis filia, multo etiam magis Atheniensis vocanda fuit. Ipsa χελιδὼν in fabula Æsopica Corayi 423 sic loquitur : ἐγὼ παρθένος καὶ Ἀθηναία καὶ βασίλισσα καὶ βασιλέως τῶν Ἀθηνῶν θυγάτηρ. Ceterum veteres sunt qui negant feminam Atheniensem Ἀθηναίαν dictam fuisse, quibus adversatur a me editus post Herodiani Epimerismos Aristophanes p. 283 : ὅτι ἐστὶν Ἀθηναία γυνὴ, ὥσπερ καὶ Ἀθηναῖος. Ibi nota, collato Meinek. ad Philem. p. 477; Runkel. ad Pherecratem p. 19; Larcher. ad Herod. 6, n. 239; Clavier. ad Apollod. t. 2, p. 467.

22. Ignatius a Corayo emendatus : Πρώτη δὲ δῶρον ἡ χελιδὼν ἡρπάκει. Erat olim πρῶτον. Inveni ipse πρώτη in codice 2991 A.

renunciaturus, nisi illum hirundo, ut Atheniensis, convicisset, prima plumam avellens.

Cui graculus : « Ne mecum agas sycophantiose ».

Et illum ideo turtur lacerabat, et turdus et pica, quæque ludit in sepulcris cassita, et imprudentium accipiter insidiator volucrum, ceteræque pariter aves.

Ac graculus agnitus patuit.

O puer, te ipsum ornatu exorna proprio ; alieno enim si conspicuus prodibis, illo privaberis.

Quod qui nothum sibi et ascititium circumdant ornatum, alienaque superbiunt pulcritudine, his si forte nudabuntur, risum deinceps moveant spectatoribus, qui eos principio non agnoverant.

LXXIII.

MILVUS.

Milvus alium quam nunc, acutum, habuit clangorem.

23. A, ὁ δέ. Suidas : συκοφαντεῖν, τὸ ψευδῶς τινος κατηγορεῖν. Apte hoc verbo usus est graculus, avem alloquutus atticam. Nam Athenis florebat valde sycophantarum natio.

24. In ἄρα est prima longa, quod fit sæpius.

25. A, sic, κορυδαλός· et iterum cum uno lambda in fabula 87. Vide Knochium p. 129. Quod sequitur ὁ ἐν τάφοις παίζων illustrabit scholiastes ad Theocritea ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες, Id. 7, 23 : λέγονται ἐπιτυμβίδιοι ὅτι τάφοις ὡς ἐπιπολὺ ἐνδιατρίβουσιν. Adde Beck. ad Aves 471.

26. A, καὶ ὁ νηπίων ἔφηβος. Conjeci ac scripsi audaciuscule, quod saltem lector intelliget facile, ἔφεδρος. Doctiores explicabunt, aut acutiores emendabunt melius lectionem ἔφηβος. — Suidas : νήπιος· ἄφρων, ἀνόητος.

F. LXXIII. Cf. Coray. F. 293; Julianus

ἵππου δ' ἀκούσας χρεμετίσαντος εὐφώνως,
μιμούμενος τὸν ἵππον, οὔτε τὴν κρείττω
φωνὴν θελήσας ἔσχεν, οὔτε τὴν πρώτην.

Ὅτι οἱ τῶν ἀδυνάτων ἐρῶντες, ἔσθ' ὅτε καὶ τῶν μετὰ χεῖρας ἀστοχοῦσι.

ΟΔ'.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ, ΙΠΠΟΣ, ΒΟΥΣ ΚΑΙ ΚΥΩΝ.

Ἵππος τε καὶ βοῦς καὶ κύων ὑπὸ ψύχους
κάμνοντες ἦλθον οἰκίην ἐς ἀνθρώπου.
Κἀκεῖνος, αὐτοῖς τὰς θύρας ἀναπλώσας,
παρῆγεν ἔνδον, καὶ, παρ' ἑστίῃ θάλψας
πυρὸς γεμούσῃ, παρετίθει τι τῶν ὄντων,
κριθὰς μὲν ἵππῳ, λάθυρα δ' ἐργάτῃ ταύρῳ·
ὁ κύων γὰρ αὐτῷ συντράπεζος εἱστήκει.
Ξενίας δ' ἀμοιβὴν ἀντέδωκαν ἀνθρώπῳ,
μερίσαντες αὐτῷ τῶν ἐτῶν ἐφ' ὧν ἔζων·
ὁ μὲν ἵππος εὐθύ· διόπερ ἐν χρόνοις πρώτοις
ἕκαστος ἡμῶν γαῦρός ἐστι τὴν γνώμην·

Misopog. p. 366, descriptus ad Suidam v. ἴκτινος, εἶδος ὀρνέου, in nota Gaisfordiana. — Pro ἄλλην forsan ἁπαλήν.

F. LXXIV. Conf. Coray. Fab. 194.

6. Nomen λάθυρον est e rarioribus. In collata fabula notius est vocabulum: ταύρῳ δὲ ἄχυρα. Cangii λαθήριον mutandum in λαθύριον.

9. A, ἀφ' ὧν, obscure quidem, sed ipse mihi Μηνᾶς dixit scripsisse se ἀφ' ὧν e codice. Et est ἀφ' in fabula collata: μερίσαντες καὶ χαρισάμενοι αὐτῷ τῶν

Equum vero, quem audiverat magno hinnientem sonore, imitatus, neque meliorem quam cupiebat vocem habuit, neque pristinam.

Quod qui rerum impossibilium amore tenentur, aliquando quoque quæ sunt ad manum non attingant.

LXXIV.

HOMO, EQUUS, BOS ET CANIS.

Equus et bos et canis laborantes frigore hominis venerunt domum; qui, aperto ostio, eos duxit intro, et ad focum igne flagrantem calefactis apposuit ex paratis copiolis, equo hordea, tauro aratori cicerculas. Nam ipse canis adstitit mensæ socius.

Hospitalitatis autem mercedem homini dederunt, communicatis cum eo, quos ipsi vivebant, annis.

Atque equus statim : idcirco primis in annis nostrum unus-

ἐτῶν ἀφ' ὧν ἔζων. Sed ibi ἀφ' Corayi est correctio. Olim fuit ἐφ' ὧν, quod revocavi. Equidem fere intelligo ἐφ', non ἀφ'. Equus juvenis, bos mediæ ætatis, canis senex. Dederunt annos, id esse puto mores et vitæ consuetudinem quibus utebantur.

10. A, εὐθύ. Fabula collata : ὁ μὲν ἵππος εὐθὺς τοὺς πρώτους χρόνους· διὰ τοῦτο ἕκαστος θερμὸς καὶ γαῦρός ἐστι τῇ γνώμῃ. Quæ breviorem Babrii orationem illustrant. Et in Babrio εὐθὺς mallem, ut est Fab. 75, 19; sed firmatur εὐθὺ certis poetarum locis.

ὁ δὲ βοῦς μετ' αὐτόν· διόπερ, εἰς μέσους ἥκων,
μοχθεῖ, φίλεργός ἐστιν ὄλβον ἀθροίζων·
ὁ κύων δ' ἔδωκε, φασὶ, τοὺς τελευταίους.
Διὸ δυσκολαίνει, Βράγχε, πᾶς ὁ γηράσας,
καὶ τὸν διδόντα τὴν τροφὴν μόνον σαίνει,
ἀεὶ δ' ὑλακτεῖ, καὶ ξένοισιν οὐ χαίρει.

Διαβολὴν ὁ μῦθος ἔχει ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν μηδεμίαν τοῖς ξένοις πρόνοιαν ποιουμένων, εἰς μόνον δὲ τοὺς οἰκείους τὴν στοργὴν περιϊστώντων ἀπὸ τῆς τοῦ κυνὸς ὑποδείξεως.

ΟΕ΄.

ΙΑΤΡΟΣ ΑΤΕΧΝΟΣ.

Ἰατρὸς ἦν ἄτεχνος. Οὗτος ἀῤῥώστῳ
πάντων λεγόντων· « Μὴ δέδιθι, σωθήσῃ γάρ·
« πάθος μέν ἐστι χρόνιον, ἀλλ' ἔσῃ ῥᾴων »·
ὁ δέ γ' ἀτεχνὴς ἰατρὸς εἶπεν εἰσβαίνων·
« Ἕτοιμα δεῖ σε πάντ' ἔχειν· ἀποθνήσκεις·
« οὐκ ἐξαπατῶ σέ », φησίν, « οὐδ' ἐνεδρεύω·
« τὴν αὔριον γὰρ τὸ μακρὸν οὐχ ὑπερβήσῃ «.
Ταῦτ' εἶπε, καὶ τὸ λοιπὸν οὐκέτ' εἰσῄει.

12. Fabula collata : ὁ δὲ βοὺς μετ' αὐτὸν τοὺς μέσους χρόνους· διὰ τοῦτο μοχθηρὸς καὶ φίλεργός ἐστι πλοῦτον ἀθροίζων. Fors. φίλεργός τ' ἐστιν. At cf. 59, n. 6.

16. Suidas : σαίνω, αἰτιατικῇ· σαίνεσθαι, κολακεύειν.

17. Suidas : ὑλακτεῖ· ἐμμανῶς καὶ ἀναιδῶς βοᾷ, ὡς κύων.

Fab. LXXV. Conf. Coray. Fab. 192.

1. Forsan οὕτως.

2. A, μὴ δέδιθι, σωθήσῃ. Deest syllaba. Addidi γάρ. Addi etiam potuit σύ·

quisque est animi ferocior. Bos post equum : idcirco mediæ homo ætatis labori incumbit, estque in aggerandis divitiis impiger. Tum canem aiunt postremos dedisse annos : idcirco morosus est, Branche, senex quilibet, eique blanditur uni qui ministrat alimenta, allatrans semper nec visis lætus hospitibus.

Homines illos incusat fabula, qui nullam hospitum suscipiunt curam, ac familiares tantum caritate complectuntur, canis ad exemplum.

LXXV.

MEDICUS IMPERITUS.

Medicus quidam erat artis imperitus suæ. Ægroto quum dicerent omnes : « Ne metuas; salvus fies enim. Est quidem « morbus diutinus tuus, sed convalebis »; indoctus iste medi- « cus statim ingressus « Cuncta » dixit, « provisa sint tibi ne- « necesse est. Morte versaris in ipsa. Te non decipio; non « insidior tibi. Diem enim crastinam summum non excedes ».

Hæc loquutus, deinceps ad ægrum non amplius accessit.

μὴ σὺ δέδιθι. Suidas : δέδιθι, φοβήθητι.
3. Suid. : ῥᾴων, εὐθυμότερος καὶ ἀπήμων.
4. A, ὁ δ' ἀτεχνής. Scripsi metro fulciendo, ὁ δέ γ'. Est δέ γε Fab. 59, 10.
5. Ut hic ἀποθνήσκεις, sic et Fab. 34, 8; 121, 4. Sic et θνήσκω F. 7, 6; 122, 3.
6. Sic ἐνεδρεύω F. 1, 14.
9. Suidas : ἀνασφήλας· ἀνανήψας, ἑαυτὸν ἀναστήσας, ἢ ἀναλαβὼν, ἢ ἀνενεγκών. Aristænetus 1, 10 : νενόσηκεν ἡ παῖς... εἶτα παραδόξως ἀνέσφηλε. Ibi interpretes. Cf. F. 78, 3.

Χρόνῳ δ' ἐκεῖνος ἐκ νόσων ἀνασφήλας,
προῆλθεν ὠχρὸς, τοῖς ποσὶν μόλις βαίνων.
Ὁ δ' ἰατρὸς αὐτῷ « Χαῖρ' », ἔφη συναντήσας·
καὶ πῶς ἔχουσιν οἱ κάτω διηρώτα.
Κἀκεῖνος εἶπεν· « Ἠρεμοῦσι, τῆς Λήθης
« πίνοντες. Ἡ Κόρη δὲ χὠ μέγας Πλούτων
« πρῴην ἰατροῖς δεινὰ πᾶσιν ἠπείλουν
« ἐπὶ τῷ θεραπεύειν τοὺς νοσοῦντας ἀνθρώπους,
« ἀνέγραφον δὲ πάντας· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις
« καὶ σὲ γράφειν ἔμελλον· ἀλλ' ἐγὼ δείσας
« εὐθὺς προσῆλθον, ἡψάμην τε τῶν σκήπτρων,
« κἀπώμοσ' αὐτοῖς ὅτι σὺ ταῖς ἀληθείαις
« ἰατρὸς οὐκ εἶ, καὶ μάτην διεκλήθης ».

Ὁ μῦθος οὗτος ῥηθήσεται πρὸς τοὺς κενὸν ὄνομα ἐπὶ πράγματί τινι κεκτημένους, τὴν δὲ τούτου πεῖραν παντελῶς οὐκ ἔχοντας.

ΟϚʹ.

ΙΠΠΕΥΣ ΚΑΙ ΙΠΠΟΣ.

Ἱππεὺς τὸν ἵππον, ἄχρι μὲν συνειστήκει
ὁ πόλεμος, ἐκρίθιζε κἄτρεφεν χόρτῳ,
παραστάτην γενναῖον ἐν μάχαις κρίνων·
ἐπεὶ δ' ἐπαύσατ', ἦν δὲ λοιπὸν εἰρήνη,

20. Formula ταῖς ἀληθείαις utetur et Fab. 83, 3. Plurima sunt congesta a me et Bastio exempla ad Aristæn. p. 413, 543. Adde Meinekium ad Philemonem Fragm. inc. 40 : Εἰ ταῖς ἀληθείασιν οἱ τεθνηκότες Αἴσθησιν εἶχον. Suidas v. ἀλήθεια· καὶ ἀληθείας πληθυντικῶς λέγουσι... Vide Raphel. Annot. t. 1, p. 645.

Qui, tempore relevatus ex morbo, foras processit, pallidus, titubantes vix ferens pedes.

Illi forte obvius medicaster « Salve », inquit. Ac quo se habeant modo qui habitant infra rogabat.

« Placide quiescunt », respondit ille, « laticem potantes « Lethæum. Proserpina autem et magnus Pluto nuper medicis « timenda cunctis minabantur, ægris quod medeantur morta- « libus; eorumque nomina in tabulas describebant, atque in « primis te etiam erant relaturi. Ast ego metuens tibi, ocyus « accessi, contactisque sceptris juravi te revera medicum non « esse, sed inani isto vocatum fuisse nomine ».

Illis hæc fabula recitabitur, qui, propter rem quamdam cujus sunt imperitissimi, vanam sunt adepti famam.

LXXVI.

EQUES ET EQUUS.

Eques equum, quamdiu bellatum est, alebat hordeo pascebatque fœno.

At, cessante bello, quum deinceps pax fuit et stipendium

21. Fabula collata : ἐξωμοσάμην αὐτοῖς μὴ ἀληθῆ ἰατρὸν εἶναί σε, ἀλλὰ μάτην διαβληθῆναι. Et Babrio forsan διεβλήθης dandum, quum sit διεκλήθης verbum inauditum, ac fiat cum διεβλήθης sententia ingeniosior.

Fab. LXXVI. Cf. Cor. F. 362; Fr. 55.

2. A, κἄτρεφε. Feci creticum.

καὶ μισθὸν ἱππεὺς οὐκέτ' εἶχεν ἐκ δήμου,
τότ' ἐκεῖνος ἵππος πολλάκις μὲν ἐξ ὕλης
κορμοὺς παχεῖς κατῆγεν εἰς πόλιν βαίνων,
μισθῷ τε φόρτον ἔφερεν ἄλλοτ' ἀλλοῖον,
τὸ πνεῦμα σῴζων ἐπ' ἀχύροισι δυστήνοις·
σάγην τε νώτοις ἔφερεν, οὐκέθ' ἵππευσιν.
Ὡς δ' αὖ πρὸ τειχῶν πόλεμος ἄλλος ἠκούσθη,
σάλπιγξ τ' ἐκέλευε πᾶσιν ἀσπίδα σμήχειν,
ἵππους τε κοσμεῖν καὶ σίδηρον ὀξύνειν,
κἀκεῖνος αὐτὸν ἵππον ἐγχαλινώσας
ὁ δεσπότης παρῆγεν, ὡς ἐφιππεύσων.
Ὁ δ' ὀκλάσας ἔπιπτεν οὐκέτ' ἰσχύων.
« Ἔντασσε πεζοῖς σαυτόν » εἶπεν, « ὁπλίταις·
« σὺ γάρ μ' ἀφ' ἵππων εἰς ὄνους μεταστήσας,
« πῶς αὖθις ἵππον ἐξ ὄνου με ποιήσεις »;

Μηδαμῶς τοῦ παρόντος δεῖν ἐπιμελεῖσθαι μόνον ὁ μῦθος διδάσκει, ἀλλὰ καὶ τοῦ μέλλοντος προνοεῖσθαι· τὸ γὰρ μὴ οὕτω γινόμενον πολλοῖς πολλάκις οὐ τὴν τυχοῦσαν ἤγαγε βλάβην.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Κ.

ΟΖ'.

ΚΟΡΑΞ ΚΑΙ ΑΛΩΠΗΞ.

Κόραξ δεδηχὼς στόματι τυρὸν εἱστήκει·

10. A, ἱππεῦσιν. Scripsi ἵππευσιν, quod intelligo de ephippio, significatione quidem nova. Opponit auctor ἵππευσιν et σάγην, ephippia et clitellas asini. Suidæ enim est σάγη, ὄνου ἐπίθημα. Vel possit legi ἱππείοις, « dorso, non

eques ex publico non amplius accepit, tunc equus iste sæpius ex sylva crassos ad urbem deducebat truncos, ac mercede onus alias aliud ferebat, vilibus ex stipulis sustentans animam. Clitellas etiam dorso gestabat, non jam ephippia.

Ut vero rursus ante mœnia novum insonuit bellum, jussitque tuba cunctis clypeos detergere, curare equos et ferrum acuere, equum dominus ille, injecto fræno, produxit inscensurus.

Ast equus obliquo claudicabat pede, non amplius valens viribus, dixitque : « Accenseto hoplitis te peditibus. Qui enim « ex equis ad asinos me transtulisti, quo rursus modo equum « ex asino me restitues »?

Non omnino præsentium unice rerum curam esse habendam docet fabula, sed providentiam quoque futurarum; cujus quidem defectus multis multoties non mediocre damnum attulit.

LXXVII.

CORVUS ET VULPES.

Corvus, retinens mordicus rostro caseum, stabat.

jam equino, sed asinino ». Illud melius.

16. Suidas : ὀκλάζει, χωλεύει.

Fab. LXXVII. Conf. Coray. Fab 204 p. 131, 132; Phædrus 1, 13; Apuleius Floridis extr.

1. Suidas : δεδηχότας, δακόντας.

τυροῦ δ' ἀλώπηξ ἰχανῶσα κερδώη
μύθῳ τὸν ὄρνιν ἠπάτησε τοιούτῳ·
« Κόραξ, καλαί σοι πτέρυγες, ὀξέη γλήνη,
« θηητὸς αὐχήν· στέρνον αἰετοῦ φαίνεις·
« ὄνυξι πάντων θηρίων κατισχύεις·
« ὁ τοῖος ὄρνις κωφὸς ἐσσὶ, κοὐ κρώζεις »!
Κόραξ δ' ἐπαίνῳ καρδίην ἐχαυνώθη,
στόματος δὲ τυρὸν ἐκβαλὼν, ἐκεκράγει.
Τὸν ἡ σοφὴ λαβοῦσα, κερτόμῳ γλώσσῃ
« Οὐκ ἦσθ' ἄφωνος » εἶπεν, « ἀλλὰ φωνήεις.
« Ἔχεις, κόραξ, ἅπαντα· νοῦς δέ σοι λείπει ».

Ὁ μῦθος διδάσκει μηδαμῶς ἄνθρωπον ἐπαίνοις ἐξαπατᾶσθαι· ζημίαι γὰρ ἐντεῦθεν καὶ ἀτιμίαι εἰώθασι γίνεσθαι.

ΟΗ'.

ΚΟΡΑΞ ΝΟΣΩΝ.

Κόραξ νοσήσας εἶπε μητρὶ κλαιούσῃ·
« Μὴ κλαῖε, μῆτερ· ἀλλὰ τοῖς θεοῖς εὔχου
« νόσου με δεινῆς καὶ πόνων ἀνασφῆλαι ».

2. Hesychius, ut fuit ab Schowio lectus : ἰχανῶσα, ἐπιθυμοῦσα.

4, 6. Vulpes Apuleiana : « jam ipse oculis perspicax, unguibus pertinax ».

5. A, θειητός. Scripsi melius θηητός. Iotacismus ad emendationem ducit.

7. Suidas : κρώζει, ὡς κόραξ ἢ κορώνη κράζει.

9. Suidas : ἐκεκράγεισαν, ἔκραζον.

10. Ignatius apud Corayum p. 132 : Εὐθὺς δ' ὁ τοῦτον ῥίψεν, ἡ δ' αὐτὸν φάγεν. Protulit e codice vir d. varietatem, ἡ δ' εἶλε, φάγεν, ac legit probabiliter εἶλεν. Sed in hoc metro talis diligentia vix est quærenda. Ignatius et id genus poetastri numerant semper syllabas, plerum-

Dolosa vero caseum appetens vulpes volucrem oratione tali decepit :

« Corve, pulcræ tibi sunt alæ, acutus ocellus, miranda cer-« vix ; aquilæ pectus ostendis ; cunctarum vires ferarum supe-« ras unguibus. Talis quum sis avis, mutus es neque crocitas »!

Laude mentem inflatus inani, corvus clamavit, et ore simul emisit caseum. Quem fera rapiens callida, « Mutus neutiquam « eras », lingua dixit procaci, « sed bene vocalis. Cuncta, corve, « tua sunt ; mens defit tamen ».

Monstrat fabula non debere hominem decipi laudibus. Damna enim inde et probra oriri solent.

LXXVIII.

CORVUS ÆGROTANS.

Corvus ægrotans matri dixit lugenti : « Mater, ne lugeas, « sed rogitato deos, ut a diro queam morbo atque laboribus

que non metiuntur. Ipse reperi aliam scripturam : Ὁ νήπιος δ' ἔκραζεν, ἡ δ' εἶλε τυρόν· ditrochæo versum claudente, quod in Ignatio est ferendum. Numero editor politici poetæ attendat præsertim, ut ipse poeta, non quantitati. Numerus me fugiebat, quum ederem inter Anecdota Gr. t. 1, p. 49 hos versus: Ζωὴν ἐκεῖθεν τὴν μένουσαν προξένει, Ὅπου λύπη, στεναγμὸς οὐδεὶς ἔνι. De spondæo λύπη sit lector plane securus ; sed sunt undecim tantum syllabæ : pro οὐδεὶς reponat μηδαμῶς, quod nuper in codice reperi.

In affabulatione δεῖν ante vel post ἐξαπατᾶσθαι excidisse videtur.

F. LXXVIII. Cf. Cor. F. 132, p. 73, 334.

3. De ἀνασφῆλαι vide 75, n. 9. Eusta-

« Καὶ τίς σε » φησί, « τῶν θεῶν, τέκνον, σώσει;
« τίνος γὰρ ὑπὸ σοῦ βωμὸς οὐκ ἐσυλήθη »;

Ὅτι τοῖς ἀμεταμέλητα φησὶν εἰς θεὸν πλημμελοῦσιν ἀνωφελεῖς γίγνονται αἱ ὑπὲρ αὐτῶν δεήσεις.

ΟΘʹ.

ΚΥΩΝ ΚΑΙ ΣΚΙΑ.

Κρέας κύων ἔκλεψεν ἐκ μαγειρείου.
Καὶ δὴ παρῄει ποταμόν· ἐν δὲ τῷ ῥείθρῳ
πολὺ τοῦ κρέως ἰδοῦσα τὴν σκιὴν μείζω,
τὸ κρέας ἀφῆκε, τῇ σκιῇ δ' ἐφωρμήθη.
Ἀλλ' οὔτ' ἐκείνην εὗρεν, οὔθ' ὃ βεϐλήκει·
πεινῶσα δ' ὀπίσω τὸν πόρον διεξῄει.
Βίος ἀϐέϐαιος παντὸς ἀνδρὸς ἀπλήστου,
ἐλπίσι ματαίαις πραγμάτων ἀνήλωται.

thius Epist. 16 : ὃ δὴ ... ἀνασφῆλαι τῆς νόσου πεποίηκεν ἡμᾶς καὶ ἀνακομισθῆναι μικρόν τι ὅσον ἐπὶ τὰ πρότερα. Malim fere τὰ πρότερον. Codex πρότρ, fine compendioso.

Fab. LXXIX. Conf. Coray. Fab. 209, p. 135, 136; Knoch. Fr. 44; Phædr. 1, 4.

2. Suidas : παρῄεισαν, παρῆλθον. Sunt inter fabulatores qui canem dicunt ποταμὸν διαϐαίνειν · apud Phædrum « per flumen natat ». Prudentius alii prope flumen in ripa incedere canem narrant. Nam qui natat, aquam facit turbulentam. Ab accusatione com-

« convalescere ». « Et quis te deorum » respondit, « nate, ser-« vabit? Cujus enim ara tibi non spoliata fuit »?

Monet pro illis, qui in deum peccant neque resipiscunt, vota fieri inutilia.

LXXIX.

CANIS ET UMBRA.

Carnem erat furata canis e culina.

Ac quum præteriret amnem, vidissetque in lymphis umbram multo ipsa ampliorem carne, carnem reliquit ipsam atque umbræ insiluit.

Sed nec hanc tenuit, nec quam rejecerat; jejunaque rursus fluentum transnavit.

Incerta hominis cujusque avidioris vita rerum vana spe consumitur.

mentatoris cujusdam sui liberandus est Fontainius, cujus brevitas omnino favorabilis est : « Ce chien voyant sa proie en l'eau représentée, La quitta pour l'image et pensa se noyer ». E ripa simulacrum prædæ vidisse intelligendum est.

7, 8, sunt in Georgidæ Gnomologio cum Babrii nomine, Anecd. Gr. t. 1, p. 17, ubi ματαίων πραγμάτων ἀναλοῦται. Exstat mala varietas ἀναχοῦται. — Poterit et pro affabulatione esse Democriti sententia apud Stobæum tit. 10, 69 : τοῦ πλέονος ἐπιθυμίη τὸ παρεὸν ἀπόλλυσι, τῇ Αἰσωπίῃ κυνὶ ἰκέλη γιγνομένη. Ibi sunt et alia similia dicta, Herodoti v. c. § 40.

Π΄.

ΚΑΜΗΛΟΣ.

Κάμηλον ἠνάγκαζε δεσπότης πίνων
ὀρχεῖσθ' ὑπ' αὐλοῖς κυμβάλοις τε χαλκείοις.
Ἡ δ' εἶπ'· « Ἐμοὶ γένοιτο κἂν ὁδῷ βαίνειν
« ἄνευ γέλωτος, μή τι κἂν χορῷ παίζειν ».

Ἀντίῤῥησιν ὁ λόγος ἔχει παρὰ τῶν σωφρόνως ζῆν αἱρουμένων πρὸς τοὺς ἐν βίῳ κενὰ ἐπινοουμένους.

ΠΑ΄.

ΑΛΩΠΗΞ ΚΑΙ ΠΙΘΗΚΟΣ.

Κερδὼ πιθήκῳ φησίν· « Ἣν ὁρᾷς στήλην,
« ἐμὴ πατρῴη τ' ἐστὶ κἄτι παππῴη ».
Κερδοῖ πίθηκος εἶπεν· « Ὡς θέλεις ψεύδου,
« ἔλεγχον οὐκ ἔχουσα τῆς ἀληθείας ».

Fab. LXXX. Conf. Coray. Fab. 405 ; Knochius Fragm. 36.

3. A, κ' ἄν. Et sic Suidas in Πυῤῥίχαις.

4. A, μή τι κ' ἄν. Suidas l. l. : Βάβριος· « ἐμοὶ γένοιτο κἂν ὁδῷ βαίνειν Μὴ καταγέλαστον, μήτε πυῤῥίχην παίζειν »· ἡ κάμηλος. Et est μήτι in duobus Suidæ codicibus. Editoribus Suidæ et Babrii μήτε placuit, μηδὲ Corayo. Mihi μήτι servare visum est, etsi non valde nitidum. Quod addit Suidas, ἡ κάμηλος, lemma fuisse opinor fabulæ Babrianæ a se descriptæ. Lectio πυῤῥίχην ad alteram recensionem pertinuit.

Fab. LXXXI. Conf. Coray. Fab. 374,

LXXX.

CAMELUS.

Camelum cogebat dominus, dum potaret ipse, ad tibiarum saltare sonum cymbalorumque æreorum.

Cui camelus : « Utinam sit mihi ambulanti saltem incedere « spectantium sine risu, nedum in chorea quoque ludere »!

Qui sapientem vitæ rationem sunt amplexi, quo illis contradicant modo qui in agendo circa futilia exercentur exhibet narratio.

LXXXI.

VULPES ET SIMIUS.

Dixit vulpes simio : « Quam vides stelam mihi est paterna, « atque avita etiam ».

Vulpi dixit simius : « Mentire ad libita, quum desit quo « veritas firmetur argumentum ».

pag. 241; Knochius Fragmento 34.

1. Suidas v. Πίθηκος, ἡ μιμώ. Βάβριος· « Κερδὼ πιθήκῳ φησὶν, ἣν ὁρᾷς στήλην, Ἐμοὶ πατρῴη τ' ἐστὶ κἄτι παππῴη ». Quum collatæ fabulæ personas intervertant, Huschkius in Matthiæ Miscellaneis p. 26, Suidam festinantius corrigens, scripsit : Κερδοῖ πίθηκος. Huschkio citius paruere Corayus et Knochius.

2. A, ἐμὴ πατρῴα τ' ἐστὶ κ' ἂν μὴ παππῴα. Est in Suidæ libris καί τι, et τοῦτ' ἐστι κἔτι. Lectio κἄτι Tupio debetur Emend. t. 2, p. 76. Eam recepi, quum scriptura κἂν μὴ sententiæ vim elevet. Suidæ ionismum prætuli, idque merito.

Κακοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι μὴ φεύγειν ψεῦδος,
κἂν λανθάνειν ψευδόμενος εὐχερῶς μέλλῃ.

Οὕτως οἱ λίαν ψευδολόγοι, τότε μάλιστα καταλαζονεύονται, ὅτε τοὺς ἐλέγχους κατ' ὄψιν οὐκ ἔχουσι.

ΠΒ'.

ΛΕΩΝ ΚΑΙ ΑΛΩΠΗΞ.

Κοιμωμένου λέοντος ἀγρίης χαίτης
διέδραμεν μῦς· ὁ δὲ λέων ἐθυμώθη·
φρίξας δὲ χαίτην ἔθορε φωλάδος κοίλης.
Κερδὼ δ' ἐπεχλεύαζεν ὡς ἐκινήθη
πρὸς μῦν ὁ πάντων ἐμβασιλεύων τῶν θηρῶν.
Ὁ δ' « Οὐχὶ τὸν μῦν » εἶπεν, « ὦ παλαμναίη,
« δέδοικα, μή μου τὴν δορὴν κνίσῃ φεύγων·
« κακὴν δὲ μελέτην ἐπ' ἐμὲ τῆς ὁδοῦ τρίβει ».

5. Πρὸς ἀνδρὸς κακοῦ, i. e. ab homine malo; mali hominis proprium. Aristides Orat. 29, p. 552 : οὔτε φύσει πρὸς ἀνδρὸς σώφρονος προχείρως ἐθέλειν αἰτιᾶσθαι καὶ ὁντιναοῦν τῶν πολιτῶν. Julianus Orat. 2, p. 103 : χρήματα μὲν γὰρ εἰς τὸ ἐμφανὲς διδόναι. . . πρὸς ἀνδρὸς ἀπειροκάλου. Theodorus Hyrtac. Epist. 35. Æschylus Ag. 1626 : Τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς. Ibi Blomf., quem vide et ad Choeph. 692. Aristophanes Vesp. 367 : Ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστ' ἄγοντος ἐς σωτηρίαν. Ibi Bergl. quem vide et ad Ranas 537. Addesis mea ad Zachariam Mityl. p. 450; Tupii Emend. t. 1, p. 34.

6. A, κ' ἄν.

Fab. LXXXII. Conf. Coray. Fab. 218, p. 141, 374; Knochius Fragm. 16.

1. Suidas v. φριξότριχα, ὀρθοῦντα τὰς τρίχας· Βάβριος· « Κοιμωμένου. . . . ἔκθορε φωλάδος κοίλης ».

2. A, διέδραμε. Feci diiambum.

3. A, κοίτης. Suidas v. ἔκθορεν, ἐξεπήδησεν· Βάβριος· « Φρίξας δὲ χαίτην ἔκθορε φωλάδος κοίλης ». Et est varietas codicis unius κοίτης. Suidas rursus v. φωλάδι· καὶ φωλάδος, σπηλαίου κρυπτοῦ. Βάβριος·

Improbi est hominis mendacio non abstinere, si latere mentiens facile queat.

Ita mendacissimi homines jactant se magnificentius, quum præsentibus non refutari possunt argumentis.

LXXXII.

LEO ET VULPES.

Leonis dormientis feras per jubas mus discucurrit.

Ac Leo concepit iras, horrentique juba minax prosiluit antro.

Vulpes autem cavillabatur, si commotus in musculum foret cunctarum rex ille ferarum.

Cui Leo « Non murem » inquit, « o scelesta, reformido, ne « meam mihi radat cutem fugiens; sed malum super me « ambulationis tentat experimentum ».

« Φρίξας δὲ χαίτην ἔκθορε φωλάδος κοίλης. Sumsi Suidæ lectionem κοίλης, quam et confirmat locus Fab. 103, 3, de leone qui κοίλης ἔσω σπήλυγγος jacebat; ac lubens oblatam opportune aoristi formam ἔθορε. Suidæ compositum ἔκθορε quartæ sedi anapæstum, infert, cujus, etsi sint exempla, præsentiam reformido; et insuper abest augmentum.

5. A, ὁ πάντων βασιλεύων θηρίων. Versum innumerum restitui qua melius valui.

6, 7, 8. Suidas v. παλαμναῖος, φονεὺς ἢ μιαρός ... Βάβριος· « οὐχὶ τὸν μῦν, εἶπεν, ἡ παλαμναία, Δέδοικα, μή μου τὴν δορὰν δάκοι φεύγων. Χαίτην δ' ἔμελλε τὴν ἐμὴν καταισχύνειν »· ὁ λέων φησὶ περὶ μυός. Est mala varietas εἶπας, et bona δάκῃ.

7. Suidas : κνίζω τὸ ἐξ ἐπιπολῆς καὶ ἰσχνῶς ξύω· κνίζων ... τέμνων.

8. Et hic versus duplicis recensionis manifestum est argumentum. Collatæ fabulæ ad eam qua utor fuerunt compositæ : οὐ τὸν μῦν ἐφοβήθην, ἀλλὰ τὴν κακὴν ὁδὸν καὶ συνήθειαν ἀνατρέπω — Οὐ μῦν πτοοῦμαι, τὴν ὁδὸν δ' ἀνατρέπω — Οὐ μῦν πτοοῦμαι, τὴν δὲ ὁρμὴν ἐκτρέπω.

Ἀρχόμενον ἄρτι τὸ θρασὺ τῶν ὑϐριζόντων,
κἂν μικρὸν ᾖ, κώλυε, μηδὲ συγχώρει
εὐκαταφρόνητον σαυτὸν εἶναι τοῖς φαύλοις.

Ὁ λόγος διδάσκει ὅτι οὐδὲ ὑπὸ τῶν μετρίων δεῖ ἡμᾶς καταφρονεῖσθαι, διὰ τὸ μὴ ἐντεῦθεν συνήθειαν κακὴν γεννηθῆναι.

ΠΓ΄.

ΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΑΝΘΡΩΠΟΣ.

Κριθάς τις ἵππου πᾶσαν ἡμέραν πίνων,
ἔτριϐεν, ἐκτένιζεν ἡμέρῃ πάσῃ·
ὁ δ' εἶπεν· « Εἰ θέλεις με ταῖς ἀληθείαις
« καλὸν γενέσθαι, τὸ τρέφον με μὴ πώλει ».
Τῶν καιρίων δεῖ τὸν φιλοῦντα φροντίζειν,
καὶ συμφερόντων· κόσμος οὐδὲν ὠνήσει,
σάφ' ἴσθι, τὸν ἀποροῦντα τῶν ἀναγκαίων.

Ὁ παρὼν ῥηθήσεται λόγος πρὸς τοὺς ἀντὶ ἀναγκαίων πραγμάτων τοῖς λόγοις μόνοις τοὺς πέλας ἐξαπατῶντας.

11. A, εὐκαταφρόνητον εἶναι σαυτόν. Transpositio fuit facienda.

Fab. LXXXIII. Conf. Coray. Fab. 195.

1. Verbo πίνων interpretando proderit fabula collata, ubi κλέπτων καὶ πωλῶν. Vendebat hordeum equi dominus ut inde ederet ac biberet. Dicebant καταφαγεῖν, καταπίνειν τὴν οὐσίαν metaphorice. Horatius Epist. 1, 15, 39 : « non Hercule miror, Aiebat, si qui comedunt bona ». Ibi interpretes. — A, ὅδ'.

5, 6, 7. A, prosa oratione et a præce-

Petulantiorum hominum audaciam statim a principio, futilem quamvis, compesce, neque sinas ab improbis haberi te contemptui.

Docet fabula ne minorum quidem ferendam esse despicientiam, ne inde prava subnascatur assuetudo.

LXXXIII.

EQUUS ET HOMO.

Equi hordea quidam homo comedens quotquot ibant dies ac potans, fricabat eum quotquot ibant dies ac pectebat.

Dixit equus : « Si me cupis pulcrum revera fieri, mea ne « vendas alimenta ».

Opportuna quæ sunt et utilia curæ esse debent amico. Ornamentorum splendor nil illi proderit (ne dubites), carebit qui rebus ad vitam necessariis.

Præsens ad illos dirigetur narratio, qui, rerum loco necessariarum, sermonibus tantum proximos inescant.

dentibus versibus seorsum, ut affabulatio : ὅτι τῶν καιρίων δεῖ τὸν φιλοῦντα φροντίζειν καὶ συμφερόντων· κόσμος γὰρ οὐδὲν ὠνήσει τὸν ἀποροῦντα τῶν ἀναγκαίων. Choliambicorum vestigia erant adeo manifesta, ut facile restituerim, suppresso γὰρ, addito σάφ' ἴσθι. Poterit et aliud quæri supplementum.

Affabulationis non est nitida sententia. In fine δελεάζοντας præstaret, quo ducit editæ affabulationis comparatio : ταῖς κολακείαις τοὺς πένητας δελεάζονται.

ΠΔ΄.

ΚΩΝΩΨ ΚΑΙ ΤΑΥΡΟΣ.

Κώνωψ ἐπιστὰς κέραϊ καμπύλῳ ταύρου,
μικρόν τ' ἐπισχὼν, εἶπε ταῦτα βομβήσας·
« Εἴ σου βαρύνω τὸν τένοντα καὶ κλίνω,
« καθεδοῦμ' ἀπελθὼν ποταμίας ἐπ' αἰγείρου ».
Ὁ δ' « Οὐ μέλει μοι » φησίν, « οὔτ' ἐὰν μείνῃς,
οὔτ' ἂν ἀπέλθῃς· οὐδ' ὅτ' ἦλθες ἐγνώκειν ».
Γελοῖος ὅστις, οὐδὲν ὢν, κατ' ἀνθρώπων
τῶν κρειττόνων θρασύνεθ', ὥς τις ὢν λίην.

Κατηγορίαν ὁ λόγος περιέχει ἀνδρὸς εὐτελοῦς καὶ λίαν ἀδυνάτου, ὑπολήψεις δὲ μεγάλας περὶ ἑαυτοῦ κεκτημένου.

Conf. Coray. Fab. 213, p. 138, 139; Knochius Fab. 9, Dositheus p. 36; Appendix Phædri Fab. 31.

1. Inventum ἐπιτὰς in codice Vossiano in ἐπιπτὰς mutaverat Tyrwhittus p. 52. Fabulæ collatæ duæ ἐκαθέστη, καθῆστο, quod fuit ab iis scriptum qui invenerunt ἐπιστάς. Et Dositheus, qui convertit « sedit adveniens », non aliter legerat.—A, κέρατι. Quum Babrius F. 21, 4; 37, 8; 43, 5; 59, 9; 91, 4; 112, 3, mediam produxerit in κέρατα, κέρασι, vix credibile est nunc κέρατι tribracho usum esse. Dobræus conjecit κρατὶ, quod non ineptum quidem est; at si scripsisset poeta κρατὶ, substituissent prosaici fabulatores nomen synonymum κάρᾳ, κεφαλῇ, μετώπῳ. Rescripsi κέραϊ, unde κέρατι apud imitatores.

3. A, σαίνω. Codex Vossianus, κλίνω, quod sumsi. Cogitabam de reponendo σίνω, quod corrupto verbo σαίνω proximum erat, sed quum nunc reperiatur tantum σίνομαι, nolui scriptori castigatissimo vocabulum inusitatum obtrudere.

LXXXIV.

CULEX ET TAURUS.

Culex recurvo tauri cornu insidens, moratusque paululum, talia cum susurro est loquutus : « Cervicem si prægravo tuam « et inflecto, abibo sedeboque fluviali super populo ».

Cui taurus « Nil curo » ait, « maneas utrum, an abeas. Ne « senseram quidem, quando venisti ».

Ridiculus est quicumque, quum sit nihili, in viros præstantiores ferocius insolescit, quasi foret aliquis.

Criminatur narratio hominem humilem ac prorsus debilem, qui magnam de se concepit opinationem.

4. Codex Voss. : ποταμίαις ἐν αἰγείροις.

5. A, μέλλει. Id mendum est valde frequens. Choricius in Procopium § 23, de Parcis : πότε προῆλθέ τις ἐξετάζουσαι καὶ μέχρι τίνος αὐτῷ διώρισται ζῆν, μηδὲν μελήσασαι προσάγουσι πέρας τῷ βίῳ. Wolfii latina : « omnibus insuper habitis ». Imo « non cunctantes ». Legendum μηδὲν μελλήσασαι. Libri quos vidi non variant.

6. A, οὔθ' ὅτε ἦλθες. Codex Voss. οὔτε ὅτε. Tyrwhittus scripsit οὐδ' ὅτ'. Est οὐδ' vividius multo, receperuntque Corayus et Knochius, quos sequutus sum. Dositheus vertit inventum οὔτε· « nec quando veneris ego scivi ».

7, 8, absunt a Vossiano. A, θρασύνεται ὡς τίς ὢν σφόδρα. Non potui concoquere tam debilem spondæum ultimæ sedis, in qua metri cardo vertitur. Substitui λίην, cujus est glossa σφόδρα. Est λίην sic in clausula F. 21, 4; 36, 6. Atque diphthongum elisi in θρασύνεται.

ΠΕ'.

ΚΥΝΕΣ ΚΑΙ ΛΥΚΟΙ.

Κυσίν ποτ' ἔχθρα καὶ λύκοις συνειστήκει.
Κύων δ' Ἀχαιὸς ᾑρέθη κυνῶν δήμου
στρατηγὸς εἶναι. Καὶ μάχης ἐπιστήμων
ἔμελλεν, ἐβράδυνεν. Οἱ δ' ἐπηπείλουν,
εἰ μὴ προάξῃ. Τὴν μάχην ἐν ἑδρεύσει,
« Ἀκούσατ' » εἶπεν, « οὗ χάριν διατρίβω,
« τί δ' εὐλαβοῦμαι· χρὴ δ' ἀεὶ προβουλεύειν.
« Τῶν μὲν πολεμίων τὸ γένος, ὧν ὁρῶ πάντων
« ἕν ἐστιν· ἡμῶν δ' ἦλθον οἱ μὲν ἐκ Κρήτης,
« οἱ δ' ἐκ Μολοσσῶν· εἰσὶν οἵδ' Ἀκαρνάνων,
« ἄλλοι δὲ Δόλοπες· οἱ δὲ Κύπρον ἢ Θρᾴκην
« αὐχοῦσιν· ἄλλοι δ' ἄλλοθεν. Τί μηκύνω;
« Τὸ χρῶμα δ' ἡμῖν οὐχ ἕν ἐστιν ὡς τούτοις.
« Ἄλλοι μὲν ἡμῶν μέλανες, οἱ δὲ τεφρώδεις·
« ἔνιοι δὲ λαμπροὶ καὶ διάργεμοι στήθη,
« ἄλλοι δὲ λευκοί· πῶς ἂν οὖν δυνηθείην

Conf. Coray. Fab. 359, p. 235, 410; Knochius fragm. 13.

2. A, ἡρέθη.

3, 5. A plene distinguit post ἐπιστήμων, et mox post ἐνεδρεύσει. Sententia mutari distinctionem poscebat. Et divisim scripsi ἐν ἑδρεύσει. Rarum est vocabulum.

8. Fabula collata : ὑμῶν γὰρ τὸ γένος καὶ ἡ χρόα πάντων ἕν ἐστιν. Est mendum in ὑμῶν manifestum. Forsan λύκων, vel τῶν πολεμίων, vel aliud ejus significationis vocabulum.

9. A, δὲ ἦλθον.

10. A, οἳ δ' Ἀκαρνάνων.

14, 15. Suidas v. διάργεμοι· πῆ μὲν

LXXXV.

CANES ET LUPI.

Canibus quondam simultates cum lupis intercesserunt. Electus autem fuit canis Achæus qui caninæ genti imperitaret. Atque ille pugnæ sciens cunctabatur, tricabatur.

Ceteri autem minis increpabant ni castris tandem progrederetur. « Sedendo bellum quapropter prorogem, audite » inquit, « quidque præcaveam. Oportet vero semper præmeditari. « Hostium gens cunctorum quos video una est; e nostris vero « hi ex Creta, ex Molossis illi; sunt et Acarnanes hice, « alii Dolopes; alii Cyprum jactant suam vel Thraciam; alii « adsunt aliunde. Quid edisseram verbosius? Et color nobis « non est unus perinde atque istis. Nostrum nigri sunt quidam, « quidam cineracei; nonnulli rufi ac pectus bicolores; candidi « alii. Quo possim igitur modo ad bella ducere non concor-

λευκοὶ, πῆ δὲ μέλανες· « Ἀλλ' οἱ μὲν ὑμῶν μέλανες, οἱ δὲ τεφρώδεις· Ἕτεροι ξανθοὶ, καὶ διάργεμοι στήθη ». Kusterus inseri volebat δὲ ante ξανθοὶ, quod lex vetat metrica. Gaisfordus, e fabula collata, ἕτεροι δὲ πυῤῥοὶ Babrio redonabat. Equidem servare debui λαμπροὶ, cujus πυῤῥοὶ videtur esse interpretamentum. Nam quamvis sæpius λαμπρὸς idem sit τῷ λευκὸς, potest et de ξανθῷ et πυῤῥῷ intelligi. Alios duos versus, a criticis ad hancce fabulam ex Suida relatos, videsis supra suo proprio loco Fabula XXXI, vss. 9, 10. Cf. Burges. Diar. Cl. 25, 24.

« εἰς πόλεμον ἄρχειν » εἶπε, « τῶν ἀσυμφώνων
« πρὸς τοὺς ὅμοια πάντ' ἔχοντας ἀλλήλοις ».
Συμφωνία μέγιστον ἀγαθὸν ἀνθρώποις·
τὸ δὲ στασιάζον, ἀσθενές τε καὶ δοῦλον.

ΠϚ´.

ΑΛΩΠΗΞ ΟΓΚΩΘΕΙΣΑ.

Κοίλωμα ῥίζης φηγὸς εἶχεν ἀρχαίη.
Ἐν τῇ δ' ἔκειτο ῥωγὰς αἰπόλου πήρη,
ἄρτων ἑώλων πᾶσα καὶ κρεῶν πλήρης·
ταύτην ἀλώπηξ εἰσδραμοῦσα τὴν πήρην,
ἐξέφαγε· γαστὴρ δ', ὥσπερ εἰκὸς, ὠγκώθη,
στενῆς δὲ τρώγλης οὐκέτ' εἶχεν ἐκδῦναι.
Ἑτέρα δ' ἀλώπηξ, ὡς ἐπῆλθε κλαιούσῃ,
σκώπτουσ' « Ἀνάμεινον » εἶπεν, « ἄχρι πεινήσῃς·
« οὐδ' ἐξελεύσῃ πρότερον ἄχρι τοιαύτην
« τὴν γαστέρα σχῇς, ἡλίκην ὅτ' εἰσῄεις ».

Ὁ μῦθος παραινεῖ μηδαμῶς σπεύδειν τινὰ πρὸς πλεονεξίαν τοῦ πέλας, γινώσκων ὅτι τὰ χαλεπὰ τῶν πραγμάτων ὁ χρόνος διαλύει.

19. P. Syrus 275 : « Ibi semper est victoria ubi concordia ».

Fab. LXXXVI. Conf. Coray. Fab. 158, p. 95, 350; Knochius Fragm. 19; Dio Chrys. Or. 47, p. 232.

2, 3. Suidas : ῥωγὰς, ἡ διεῤῥωγυῖα· « Ἐν τῇ δ' ἔκειτο ῥωγὰς αἰπόλων πήρα Ἄρτων ἑώλων πᾶσα καὶ κρεῶν πλήρης ».

3. Suidas : ἕωλα, τὰ χθεσινά· καὶ ἕωλον ὁμοίως τὸ ψυχρὸν, . . τὸ εἰς τὴν ἕω λειπόμενον· » καὶ ἑώλων κρεῶν πλήρεσι ». Correctionem fecit Tupius, e præcedente loco. Conf. Fab. 106, 16, 28.

4. Apud Theocritum 1, 49, vulpes sic peræ insidiatur rustici pueri : ἁ δ' ἐπὶ πήραν Πάντα δόλον τεύχοισα. . .

« des », inquit, « adversus hostes quibus sunt inter se cuncta « communia »?

Concordia summum est mortalibus bonum; quod vero discors, debile est ac servum.

LXXXVI.

VULPES INFLATA.

Cavam radicem fagus habebat antiqua. Ibi jacebat lacera caprarii pera, tota panum hesternorum et carnium plena.

Quam cursu vulpes subiens, cuncta devoravit; ac venter, ut par erat, intumuit.

Arcto quum jam non posset exire foramine, vulpes alia quæ supervenerat ejulanti, « Exspecta », cavillans inquit, « tamdiu dum esurias; nec prius egredieris quam talis fiat « venter tibi, qualis ingredienti fuit ».

Suadet fabula ut nemo omnino tentet præcellere proximo, gnarus scilicet rerum ardua diem delere.

6. Τρώγλης) Vid. n. ad Fab. 31, 17. Dio Chrys. l. l.: ἡ ἀλώπηξ, καταφαγοῦσα τὰ κρέα, οὐκ ἐδύνατο ἐξελθεῖν ἐκ τῆς δρυὸς διὰ τὸ ἐμπλησθῆναι. Reiskius, ignorato loci fonte, valde impeditur, nec se extricat.

10. Fabulæ Ignatii, quam exhibuit Corayus, aliam reperi recensionem in codice 2991 A hancce: Βάθει δρυὸς πεινῶσ' ἀλώπηξ εἰσέδυ· Ἡ, πρὸς κόρον φαγοῦσα σῖτα ποιμένος, Οὔπω προκύπτειν εἶχεν. Εἶτα φησί τις· « Θέλεις προελθεῖν; ὥσπερ εἰσῆλθες γενοῦ ». Imo γίνου, ut sit in consueta syllaba tonus.

Affabulatio alii potest convenire fabulæ, non huic.

ΠΖ′.

ΚΥΩΝ ΚΑΙ ΛΑΓΩΟΣ.

Κύων λαγωὸν ἐξ ὄρους ἀναστήσας,
ἐδίωκε δάκνων αὐτὸν, εἰ κατειλήφει·
μεταστραφεὶς δ' (ἔσαινεν ὡς φίλῳ ψαύων).
Ὁ λαγωός « Ἀπλοῦν » δ' εἶπε, « θηρίον γίγνου.
« Φίλος εἶ; τί δάκνεις; ἐχθρὸς εἶ; τί οὖν σαίνεις »;
Ἀμφίβολος οὗτός ἐστι νοῦς ἐν ἀνθρώποις,
οἷς οὔτ' ἀπιστεῖν ἔχομεν, οὔτε πιστεύειν.

ΠΗ′.

ΚΟΡΥΔΑΛΟΣ ΚΑΙ ΝΕΟΣΣΟΙ.

Κορυδαλὸς ἦν τις ἐν χλόῃ νεοσσεύων,
ὃς, τῷ χαραδριῷ πρὸς τὸν ὄρθρον ἀντᾴδων,
καὶ παῖδας εἶχε ληΐου κόμῃ θρέψας
λοφῶντας ἤδη καὶ πτεροῖσιν ἀκμαίους.

Fab. LXXXVII. Conf. Coray. Fab. 354, p. 228, 229.

3. A, μεταστραφεὶς δ' ἔσαινεν ὡς φίλῳ ψαύων. ὁ λαγωὸς ἁπλοῦν δ' εἶπε ... Distinxi, ut sententia postulare videbatur. Absens δ' posterius nemo desideraret.

F. LXXXVIII. Conf. Coray. Fab. 421, p. 273, 274; Knochius Fab. 20; A. Gellius 2, 29; Avienus Fab. 21.

2. A, χαραδραίῳ. De qua ave monui ad Theoph. Simocattam p. 208, et nunc non pauca possem addere, quibus ab-

LXXXVII.

CANIS ET LEPUS.

Canis leporem, quem ex monte excitaverat, persequebatur, et, si assequeretur, mordebat.

At conversus (blandiebatur alter ut amico, quem tangeret) lepus dicebat : « Simplex sis animal et candidum. Esne amicus? quid mordes? hostis? quid igitur blandiris »?

Ambiguum est ejusmodi ingenium quorumdam, quibus nec diffidere habemus, nec fidere.

LXXXVIII.

CASSITA ET PULLI.

Quædam inter herbas nidulabatur cassita, quæ charadrio matutina cantibus decertabat, pullosque segetum alebat coma cristatos jam alisque vegetos.

stineo; nam, quod est præcipuum, hodiernum nomen adhuc ignoro. Pro ἀντᾴδων lubens scriberem ἀντῇδεν.

3, 4. Suidas : λόφος ... περικεφαλαία· « Καὶ παῖδας ..... ἀκμαιούς »· περὶ κορυδάλου φησί. De κορυδάλῳ ἐπιτυμβιδίῳ, cui λόφος in capite, alauda cristata, galerita, vide ad F. 72, 24, et Kiessling. ad Theocr. 70, 23. Mox vocatur synonymo vocabulo κορυδός.

Ὁ δὲ τῆς ἀρούρης δεσπότης, ἐποπτεύων,
ὡς ξηρὸν εἶδε τὸ θέρος, εἶπε· « Νῦν ὥρη
« πάντας λαβεῖν μοι τοὺς φίλους, ἵν' ἀμήσω ».
Καί τις κορυδοῦ τῶν λοφηφόρων παίδων
ἤκουεν αὐτοῦ, τῷ τε πατρὶ μηνύει,
σκοπεῖν κελεύων ποῦ σφέας μεταστήσει.
Ὁ δ' εἶπεν· « Οὔπω καιρός ἐστι νῦν φεύγειν·
« ὃς γὰρ φίλοις πέποιθεν οὐκ ἄγαν σπεύδει ».
Ὡς αὖθις ἦλθεν, ἡλίου δ' ὑπ' ἀκτίνων
ἤδη ῥέοντα τὸν στάχυν θεωρήσας,
μισθὸν μὲν ἀμητῆρσιν αὔριον πέμψειν,
μισθὸν δὲ πᾶσι δραγματηφόροις δώσειν
εἶπε, κορυδαλὸς παισὶ νηπίοις· « Ὄντως
« νῦν ἐστιν ὥρη, παῖδες, ἀλλαχοῦ φεύγειν,
« ὅτ' αὐτὸς αὑτῷ, κοὐ φίλοισι, πιστεύει.

Ὁ μῦθος διδάσκει ἡμᾶς ἐπιμελεῖσθαι τῶν οἰκείων, ὅση δύναμις, καὶ μὴ καταφρονεῖν, θαῤῥοῦντας ταῖς τῶν φίλων συνδρομαῖς.

13. A, ὡς αὖτις. Sumsi αὖθις ex fabula collata.

15. A, μισθὸν μὲν ἀμυντῆρσιν αὔριον δώσειν, Εἶπε κορυδ. Monstrat μὲν periisse versum quem restitui e fabula collata, ubi, μισθὸν μὲν ἀμήτορσιν αὔριον πέμπειν, μισθὸν δὲ πᾶσι δραγματοφόροις δώσειν. Blomfieldius maluit scribere ἀμητῆρσι, quod firmatur prava mei A lectione ἀμυντῆρσιν. Editorum πέμψειν recepi. Sed displicet id verbum, ut fere malim repeti δώσειν.

Agri autem dominus, culta invisens, ut costas notavit fruges, « Nunc » dixit, « tempus erat cunctos mihi sumere amicos, « ut spicas demetam falce ».

Ac de cristatis cassitæ pullis unus loquentem audiit, narratque patri, quærere jubens in quem ipsos deducet locum.

« Nondum » pater ait, « hora fugæ. Qui enim confidit ami-« cis, non valde properat ».

Ut rursus venit, solisque sub æstu jam fluentem cernens spicam, salarium messoribus cras se missurum, cunctisque daturum mercedem qui gererent manipulos, pronunciavit, teneris dixit cassita pullis :

« Revera nunc, pueri, tempus est aufugere alio, quum « ipse sibi confidit, non amicis ».

Docet nos fabula curam rerum propriarum gerere, quantum valemus, nec eas negligere amicorum confisos auxiliis.

16. A distinguit post ὄντως. Fabula collata probabilissime οὕτως. Servavi tamen quod inveni ὄντως, et illud junxi cassitæ orationi. Favet Suidæ alia recensio, v. ἀμᾷν, θερίζειν, παρὰ τὸ ἅμα· Βάβριος· « Νῦν ἔστιν ὄντως, παῖδες, ἐκ τόπων φεύγειν, Ὅτ' αὐτὸς ἀμᾷ, κοὐ φίλοισι πιστεύει ».

18. A, αὐτὸς αὐτῷ. Scripsi αὑτῷ. Similes correctiones jam feci F. XLIII, 3; LXXII, 8. — In affabulatione inserui θαῤῥοῦντας ex fabula collata.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Λ.

ΠΘ'.

ΛΥΚΟΣ ΚΑΙ ΑΡΝΙΟΝ.

Λύκος πότ' ἄρνα πεπλανημένον ποίμνης
ἰδὼν, βίᾳ μὲν οὐκ ἐπῆλθεν ἁρπάξων,
ἔγκλημα δ' ἔχθρας εὐπρόσωπον ἐζήτει.
« Σύ με τί πέρυσι μικρὸς ὢν ἐβλασφήμεις »;
« Ἔγωγ' οὐ περυσινὸς, ὃς ἐπ' ἔτος ἐγεννήθην ».
« Οὔκουν σὺ τὴν ἄρουραν, ἣν ἔχω, κείρεις »;
« Οὔπω τι χλωρὸν ἔφαγον, οὐδ' ἐβοσκήθην ».
« Οὐδ' ἆρα πηγὴν ἐκπέπωκας ἣν πίνω »;
« Θηλὴ μεθύσκει μέχρι νῦν με μητρῴη ».
Τότε δὴ τὸν ἄρνα συλλαβών τε καὶ τρώγων,
« Ἀλλ' οὐκ ἄδειπνον » εἶπε, « τὸν λύκον θήσεις,
« κἂν εὐχερῶς μου πᾶσαν αἰτίην λύσῃς ».

Ὅτι τοὺς φύσει πονηροὺς καὶ ἀδίκους οὐδ' εὔλογος ἀπολογία πείθει.

Conf. Coray. Fab. 229, p. 150, 151, 378; Phædrus, I, 1.

4. Poterit et legi sine interrogatione: σύ μέ τι πέρ. In simili loco Phædri, « Ante hos sex menses, ait, male dixisti mihi », vix capio quo potuit consilio « ait » delere vir doct. Quod si displiceret syllaba immerita, quærendum fuit versus deformi claudicationi remedium, scilicet, « ante hosce sex menses », vel

LXXXIX.

LUPUS ET AGNUS.

Lupus quondam agnum a grege videns errabundum, non irruit vi rapturus, sed crimen simultatis speciosum inferre moliebatur.

« Tu mihi quid anno, parvulus qui eras, maledicebas »?

« Equidem anno nondum eram, qui sim hocce natus « ipso ».

« Nonne arvum, quod habeo meum, tondes dentibus »?

« Viridis nildum herbulæ comedi neque carpsi ».

« Neque fontem exhausisti unde bibo »?

« Ubera adhucdum inebriant me materna ».

Tunc ideo comprehensum mandens agnum, « At non im« pransum » ait, « lupum abire coges, etsi facile cunctas in te « meas dilueris criminationes ».

Quod qui sunt ad improbitatem a natura comparati et injustitiam, illos ne speciosa quidem persuadeat defensio.

aliud. Sed satius fuit non tangere versum integerrimum.

5. A, ἐγὼ οὐ. Scripsi ἔγωγ' οὐ, vitans hiatum, et inserui ὃς, brevioris versus supplementum. Tribreves duos continuos videsis etiam Fabula XXXVI, 4.

6. A, οὐκοῦν. Scripsi οὔκουν.

9. A, μητρῷα. Scripsi μητρῴη, sequutus F. 81, 2.

12. A, αἰτίαν. Cf. n. ad F. XLIX, 4.

Ϟʹ.

ΛΕΩΝ ΚΑΙ ΝΕΒΡΟΣ.

Λέων ἐλύσσα· τὸν δὲ νεϐρὸς ἐξ ὕλης
ἰδὼν ἔφησεν· « Ἠμέων ταλαιπώρων!
« τί γὰρ μεμηνὼς οὗτος οὐχὶ ποιήσει,
« ὃς ἦν φορητὸς οὐδὲ σωφρονῶν ἡμῖν »;

Πρὸς ἄνδρα φύσει ὀργίλον καὶ αἱμοϐόρον ἐξουσίαν ἀρχῆς κατὰ τῶν ὑπηκόων λαμϐάνοντα.

ϞΑʹ.

ΤΑΥΡΟΣ ΚΑΙ ΤΡΑΓΟΣ.

Λέοντα φεύγων ταῦρος εἰς ἐρημαίην
σπήλυγγα κατέδυ ποιμένων ὀρειφοίτων,
ὅπου τράγος τις, χωρὶς αἰπόλου μείνας,
τὸν ταῦρον ἐμϐάντα τοῖς κέρασιν ἐξώθει.
Ὁ δ' εἶπεν· « Οὐ σὲ, τὸν λέοντα δ' ἐκκλίνω.
« Ἀνέξομαί σου μικρὰ τῆς ἐπηρείης·

Fab. XC. Conf. Coray. Fab. 348.
F. XCI. Cf. Cor. F. 277; Avianus F. 13.

2. A, σπήλιγγα· et sic Fab. 95, 33; 106, 5. Suidas : ὀρειφοίτης, ὁ ἐν ὄρει φοι-

XC.

LEO ET HINNULUS.

Rabebat leo, quem ex silva cernens hinnulus, « Heu nos « miseros »! ait. « Quid non enim iste faciet rabidus, qui ne « mente quidem sanus fuit nobis tolerari potis »?

In hominem iracundum natura et sanguineum, potestatis licentia in subjectos utentem.

XCI.

TAURUS ET HIRCUS.

Leonem taurus quum fugeret desertam in speluncam pastorum subiit monticolarum, hircus ubi amoto caprario degens ingredientem adversis cornibus taurum repellebat.

Cui taurus : « Non te devito, sed leonem. Tuas paululum

τῶν. Sed est ὀρειφοίτων hic et Fab. 95, 25, ab ὀρείφοιτος.

5. A, ἐξωθῶ, cum varietate marginali ἐκκλίνω. Suidas : ἐκκλίνω, αἰτιατικῇ.

« ἐπεὶ παρελθέτω με, καὶ τότε γνώσῃ
« πόσον τράγου μεταξὺ καὶ πόσον ταύρου ».

Πρὸς τοὺς τοῖς δυνατωτέροις ἐπεμβαίνοντας δι' ἐπικειμένην αὐτοῖς συμφοράν.

ϟΒ'.

ΚΥΝΗΓΟΣ ΔΕΙΛΟΣ.

Λέοντά τις κυνηγὸς οὐχὶ τολμήεις
ἴχνευεν ὀρέων ἐν βαθυσκίοις ὕλαις·
δρυτόμῳ δὲ μακρᾶς ἐγγὺς ἐντυχὼν πεύκης,
« Ὦ πρὸς σὲ Νυμφῶν », εἶπεν, « ἆρα γινώσκεις
« ἴχνη λέοντος, ὅστις ὧδε φωλεύει »;
Κἀκεῖνος εἶπεν· « Ἀλλὰ σὺν θεῷ βαίνεις·
« αὐτὸν γὰρ ἤδη τὸν λέοντά σοι δείξω ».
Ὁ δ' ὠχριήσας, γομφίους τε συγκρούων,
« Μή μοι χαρίζου » φησί, « πλεῖον οὗ χρῄζω·
« τὸ δ' ἴχνος εἰπέ· τὸν λέοντα μὴ δείξῃς ».
Ὁ μῦθος ἐλέγχει τοὺς λόγοις μὲν ἀνδρείους
ἐπιδεικνυμένους, ἔργοισι δ' ἀνικάνους ὄντας.

Conf. Coray. Fab. 175; Knochius Fragm. 12.

4. Recte A, πρὸς σὲ ν. Confer F. 3, 7.

8. A, ὠχριάσας. Quod mutavi ex Suidæ loco : γομφίους, τοὺς προσθίους ὀδόντας· « Ὁ δ' ὠχριήσας γομφίους τε συγκρούσας, Μή μοι χαρίζου, φησί.

9. A, οὐ.

« perpetiar contumelias. Nam me prætereat ille, jamque co-« gnosces a tauro quantum discrepet hircus ».

In eos qui potentioribus insultant, scilicet oppressis calamitate.

XCII.

VENATOR PAVIDUS.

Leonem venator quidam inaudacior vestigabat per montium silvas umbris opacissimas.

Lignatori proceram juxta pinum obvius, « O per te Nym-« phas », ait, « nostin vestigia leonis qui hic locorum stabu-« latur »?

Lignator contra : « At non sine dis ingrederis. Leonem enim « ipsum jam monstrabo tibi ».

Ast ille exsanguis, molaresque collidens, « Ne mihi plus » ait, « impertias quam rogo. Vestigium indica ; ne monstres « leonem ».

Homines criminatur fabula, verbis quidem fortes qui se præstant, quum sint rebus agendis impares.

12. A, ἐπιδεικνυμένους, ἔργοις δὲ ἀνικάνους ἀποφαινομένους. Choliambicum reparavi qua valui. Anapæsti duo non aliter continuantur Fab. 3, 2 : ἐπὶ σηκὸν ἄγειν. F. 43, 5 : ἐπὶ τοῖς δὲ κέρασιν. Sed duo in uno simul vocabulo magis displicent. Fere putaverim hanc affabulationem non esse Babrianam.

ϞΓʹ.

ΛΥΚΟΙ ΚΑΙ ΠΡΟΒΑΤΑ.

Λύκων παρῆσαν ἄγγελοι ποτ' εἰς ποίμνην,
ὅρκους φέροντες καὶ βέβαιον εἰρήνην,
ἐφ' ᾧ λάβωσι τοὺς κύνας πρὸς αἰκίην,
δι' οὓς μάχονται καὶ κοτοῦσιν ἀλλήλοις.
Μωρὰ δὲ ποίμνη καὶ τὰ πάντ' ἀβληχρώδης,
πέμπειν ἔμελλεν. Ἀλλά τις γέρων ἤδη
κριὸς, βαθείῃ φρικὶ μαλλὸν ὀρθώσας,
« Καινῆς γε ταύτης » εἶπε, « τῆς μεσιτείης,
« ἀφύλακτος ὑμῖν πῶς ἐγὼ συνοικήσω,
« δι' οὓς νέμεσθαι μηδὲ νῦν ἀκινδύνως
« ἔξεστι, καίτοι τῶν κυνῶν με τηρούντων »;

Οὐδαμῶς ἀκαταλλάκτοις ἐχθροῖς πιστεύειν δεῖ, ὅταν σε τῆς οἰκείας βούλωνται ἀμελεῖν σωτηρίας, κἂν ὅρκοις τυχὸν τὴν εἰρήνην λαλῶσι.

Conf. Coray. Fab. 237, p. 155, 156; Knoch. Fragm. 9; Phædri Appendix Fab. 21.

5. A, ἀμβληχρώδης. Cf. Fab. 36, 7.

Longe diversa est Suidæ lectio : βληχώδης, πρόβασι τὸ νοῦν ὅμοιος· « Μωρὸς δὲ ποιμὴν καὶ τὰ πάντα βληχώδης Πέμπειν ἔμελλε. Quæ pertinent ad recensionem

XCIII.

LUPI ET OVES.

Luporum quondam legati accesserunt ad ovium gregem, juris offerentes jurandi sacramentum firmamque pacem, ea scilicet conditione ut sibi traderentur ad supplicium canes, quos propter decertant inter se irasque concipiunt.

Quos grex stolidus, mentemque perinde ac cetera invalidus, jamjam missurus erat; sed aries quidam maturior ævo, alto vellus horrore subrigens, « Post istam » inquit, « concordiæ « reconciliationem, quo modo vobiscum ego incustoditus « habitabo, quum, *hos propter lupos*, ne nunc quidem tuto « pascere liceat, canibus quamvis me custodientibus »?

Nullo modo implacabilibus fidere oportet hostibus, quando te tuam ipsius negligere salutem volunt, licet jurejurando forsitan pacificam confirment orationem.

aliam, eamque meliorem in qua fuerunt opilionis partes.

7. A, μᾶλλον, cum correctione μαλλόν. Vide n. ad Fab. 18, 6.

10. A, νέμεσθε. Scripsi νέμεσθαι, quod jungendum cum ἔξεστι. Vocales αι ε passim permutant librarii. Excidisse versum opinor.

ϞΔ΄.

ΛΥΚΟΣ ΚΑΙ ΕΡΩΔΙΟΣ.

Λύκῳ ποτ' ὀστοῦν φάρυγος ἐντὸς ἠρείσθη·
ἐρῳδιῷ δὲ μισθὸν ἄξιον δώσειν
ἔταξε, τὸν τράχηλον εἰ καθιμήσας
ἀνελκύσειε, καὶ πόνων ἄκος δοίη.
Ὁ δ' ἑλκύσας, τὸν μισθὸν εὐθέως ᾔτει.
Κἀκεῖνος αὐτῷ, κάρχαρόν τι μειδήσας,
« Σοὶ μισθὸς ἀρκεῖ » φησί, « τῶν ἰατρειῶν,
« κεφαλὴν λυκείου στόματος ἐξελεῖν σώην ».
Κακοῖς βοηθῶν μισθὸν ἀγαθὸν οὐ λήψῃ·
ἀλλ' ἀρκέσει σοι, μή τι τῶν κακῶν πάσχειν.

Ὅτι πονηρὸς ἀνὴρ εὖ πάσχων εἰς ἀντιδόσεως λόγον ποιεῖται καὶ τὸ μὴ μόνον βλάψαι.

Conf. Coray. Fab. 144, p. 85, 86, 342; Knochius Fragm. 24; Phædrus 1, 8.

1. A, φάρυγγος. Conf. n. ad v. 6.

2. A, ἐρῳδιῷ, sic. Et ἐρῳδιοῦ persona usus est Fabulator Schneiderianæ p. 97. Apud alios gruis sunt partes.

3. A, καθειμήσας. Sic sæpissime librarios fallit pronunciatio propter iotacismum. Modo Georgidæ Gnomologium ad codicem τοῦ Μηνᾶ conferens, verba sic edita Anecd. Gr. t. 1, p. 348, εὔπειστον ἡ κουφότης, quorum sententia bona est, sic vidi scripta, εὔπιστόν ἐστιν ἡ κουφότης, sententia bona pariter. Locum reperi in Gregorii Naz. Oratione 4, p. 116 : εἶπε ταῦτα, καὶ εἰπὼν ἔπεισεν· εὔπιστον γὰρ ἡ κουφότης. Utraque scriptura apta est sensui. Codices Gregorii sequendi sunt. Georgides rursus p. 47 : Φίλωνος. Θεοῦ ἴδιον τὰ μὲν ἀγαθὰ προτί-

XCIV.

LUPUS ET ARDEA.

Lupo quondam os fauce intus hærebat infixum. Ardeæ autem daturum se dignam constituit mercedem, si, colli demissa longitudine, os extraheret et dolorum afferret remedium.

Extracto osse, mercedem ardea poscebat ilico. Cui lupus dirum subridens, « Sufficit hæc » ait, « factæ merces medicinæ, « quod meo lupi ore caput abstuleris incolume ».

Improbis ferens auxilium justam non accipies mercedem. At tibi sat erit mali quid non lucrari.

Quod homo improbus, si fuerit ei factum bene, reddendæ imputet gratiæ si tantum a nocendo abstinuerit.

νειν καὶ φθάνειν δωρούμενον. Codex, προτείνειν, quod placet; ac, pro Φίλωνος, compendiose Φιλοθ, scilicet Φιλοθέου. Sed sunt Philonis sententiæ similes.

6. Suidas : κάρχαρον, τὸ τραχύ· « καὶ κάρχαρόν τι μειδήσας, Σοὶ μισθὸς ἀρκεῖ, φησὶ, τῶν ἰατρειῶν, Κεφαλὴν λυκείου φάρυγος ἐξελεῖν σώαν ». Ἐν μυθικοῖς.

7. A, ἰατρείων.

8. Ignatius : Σῶον τράχηλον ἐκ λύκου λαίμου φέρων (Corayana, ζῶον mendo typographico, de quo ipse editor corrigendo monuit, sed quod vir d. imprudens pro lectione sincera habuit), Μὴ δ' ἄλλο μηδὲν μισθὸν ἢ τοῦτο σκόπει. Ipse reperi : Σῶον τράχηλον ἐξ ἐμῶν λαιμῶν φέρων, Μὴ δῶρον ἄλλο, φησὶ, πλὴν τοῦτο σκόπει.

10. A, πάθοις. Spondæo opus erat. Scripsi πάσχειν.

ϞΕʹ.

ΛΕΩΝ ΝΟΣΗΣΑΣ.

Λέων νοσήσας ἐν φάραγγι πετραίῃ
ἔκειτο, νωθρὰ γυῖα γῆς ἐφαπλώσας·
φίλην δ' ἀλώπεκ' εἶχεν, ᾗ προσωμίλει.
Ταύτῃ ποτ' εἶπεν· « Ἦ θέλεις με σὺ ζώειν;
« πεινῶ γὰρ ἐλάφου τῆς ὑπ' ἀγρίαις πεύκαις
« κεῖνον τὸν ὑλήεντα δρυμὸν οἰκούσης·
« καὶ νῦν διώκειν ἔλαφον οὐκέτ' ἰσχύω.
« Σὺ δ' ἂν θελήσῃς, χεῖρας εἰς ἐμὰς ἥξει,
« λόγοισι θηρευθεῖσα σοῖς μελιγλώσσοις ».
Ἀπῆλθε κερδώ· τὴν δ' ὑπ' ἀγρίαις ὕλαις
σκιρτῶσαν εὗρε μαλθακῆς ὑπὲρ ποίης·
ἔσαινε δ' αὐτὴν πρῶτον, εἶτα καὶ χαίρειν
προσεῖπε, χρηστῶν τ' ἄγγελος λόγων ἥκειν.
« Ὁ λέων », ἔφασκεν, « οἶδας, ἔστι μοι γείτων·
« ἔχει δὲ φαύλως, κἐγγύς ἐστι τοῦ θνήσκειν.
« Τίς οὖν μετ' αὐτὸν θηρίων τυραννήσει
« διεσκοπεῖτο· σῦς μέν ἐστιν ἀγνώμων,

Conf. Coray. Fab. 358. p. 231, 233, 408; Knochius Fragm. 7; Appendix Phædri Fab. 30.

2. A, γῆς ἐφαπλώσας.

3. A, ἥν. Fabula collata : τῇ προσφιλεῖ δὲ ἀλώπεκι, ᾗ προσωμίλει, εἶπεν.

4. A, εἰ θέλεις με σὺ ζώειν. Est quidem in fabula collata, εἰ θέλεις ὑγιάναι με καὶ ζῆν· sed facilis verborum syntaxis continuat sententiam. Quæ quum nunc pendeat, vel periit versus; vel, quod satius videtur, auctor scripsit : ἦ θέλεις με σὺ ζώειν;

8. A, εἰς χεῖρας. Transposui vitando

XCV.

LEO ÆGROTANS.

Ægrotans leo in cava rupe jacebat, pigris humi extensis membris.

Amica autem vulpe utebatur, quacum serebat sermones.

Huic die quadam « Visne » ait, « vivere me? Cervam enim « illam esurio silvestribus quæ sub pinis nemorosum hocce « habitat frutetum. At nunc cervam persequi non valeo am- « plius. Tu vero si volueris, meas illa veniet in manus, ser- « monum mellifluorum tuorum circumsepta retibus ».

Abiit dolosa vulpes. Cervam autem agrestes inter saltus lascivientem reperit molli super gramine. Quam mota primum salutatam cauda, dein gaudere jussit, dixitque se læta renunciaturam adesse.

« Leo mihi est », inquit, « ut nosti, vicinus. Male habet, « mortique languescit propior. Quis igitur foret, se mortuo, « rex animantium dispiciebat : aper stolidus est; ursus iners;

trochæo. Vulpi sunt manus v. 43; F. 106.

11. A, μαλακῆς. Correctio μαλθακῆς non fuit difficilis. Choricius in Procopium § 32 : ἤνεγκεν Εὔφορβος, ἀδελφοῦ πεσόντος, ... ἤνεγκε δ' οὖν ἰδὼν φονέα Μενέλαον καὶ Μαιθακὸν αἰχμητήν. Wolfius interpretatus est sic : « cum Menelaum cædis autorem et Mæthacum armatum videres ». Omnino reponam quod inveni in codicibus duobus, καὶ μαλθακὸν αἰχμητήν. Dictus est alicubi Homero Menelaus μαλθακὸς αἰχμητής. Et Mæthacus homo est ignotus.

12. A, ἔσκυσε. Scripsi ἔσαινε.

« ἄρκτος δὲ νωθὴς, πάρδαλις δὲ θυμώδης,
« τίγρις δ' ἀλαζὼν καὶ τὸ πᾶν ἐρημαίη.
« Ἔλαφον τυραννεῖν ἀξιωτάτην κρίνει·
« γαύρη μὲν εἶδος, πολλὰ δ' εἰς ἔτη ζώει·
« κέρας δὲ φοβερὸν πᾶσιν ἑρπετοῖς φύει,
« δένδροις ὅμοιον, κοὐχ ὁποῖα τῶν ταύρων.
« Τί σοι λέγω τὰ πολλὰ, πλὴν ἐκυρώθης,
« μέλλεις τ' ἀνάσσειν θηρίων ὀρειφοίτων;
« Τότ' ἂν γένοιτο τῆς ἀλώπεκος μνήμη,
« δέσποινα, τῆς σοι τοῦτο πρῶτον εἰπούσης.
« Ταῦτ' ἦλθον. Ἀλλὰ χαῖρε, φιλτάτη. Σπεύδω
« πρὸς τὸν λέοντα, μὴ πάλιν με ζητήσῃ·
« χρῆται γὰρ ἡμῖν εἰς ἅπαντα συμβούλοις·
« δοκῶ δὲ καί σε, τέκνον. Εἴ τι τῆς γραίης
« κεφαλῆς ἀκούεις, ἔπρεπέ σοι παρεδρεύειν
« ἐλθοῦσαν αὐτῷ, καὶ πονοῦντα θαρσύνειν.
« Τὰ μικρὰ πείθει τοὺς ἐν ἐσχάταις ὥραις·
« ψυχαὶ δ' ἐν ὀφθαλμοῖσι τῶν τελευτώντων ».
Ὡς εἶπε κερδώ. Τῆς δ' ὁ νοῦς ἐχαυνώθη
λόγοισι ποιητοῖσιν· ἦλθε δ' εἰς κοίλην
σπήλυγγα θηρὸς, καὶ τὸ μέλλον οὐκ ᾔδει.
Λέων δ' ἀπ' εὐνῆς ἀσκόπως ἐφορμήσας
ὄνυξιν οὔατ' ἐσπάραξεν ἀκραίοις,
σπουδῇ διωχθείς· τὴν δὲ φύζα δειλαίην
θύρης κατιθὺς ἦγεν εἰς μέσας ὕλας.
Κερδὼ δὲ χεῖρας ἐπεκρότησεν ἀλλήλαις,
ἐπεὶ πόνος μάταιος ἐξανηλώθη.

21. Cervus est vivacissimus. Vide ad Fab. 46, 9.

22. De ὄφεσι nomen ἑρπετοῖς intellexerunt Fabulatores collati.

31. Δοκῶ δὲ καί σε videlicet σπεύσειν, si nihil deest. Junxi εἴ τι... sequentibus, duce fabula collata p. 409.

33. Nemo offendat ad verba ἔπρεπέ

« pardus iracundior; jactantior tigris et omnino solivaga. Cer- « vam ante omnes imperio censet esse dignissimam; cui sit « forma nobilis, vitaque longissima, et cornua cunctis me- « tuenda feris, arboribus similia, nec qualia sunt taurorum. « Quid plura narrem? excepto quod electio rata sit tua, mox- « que animalibus jura statues montivagis. Tunc vulpeculæ « meminisse digneris, Domina, quæ prima tibi gaudii adsum « nuncia. Ad hoc veni. Ast vale, dilectissima. Propero ad « leonem, ne rursus me quærat. Utitur enim nostris ad cuncta « consiliis. Ac te etiam, filia, properaturam reor. Si quid cano « credis capiti, assidue illi te decet assidere, et ægrum sermo- « nibus erigere. Levissima illos queunt persuadere qui extre- « mas ducunt horas. Morientium animæ sunt in oculis ».

Sic fatur astuta vulpes. Et cervæ mens fictis inflata sermonibus intumuit, cavamque venit feræ speluncam, inscia futuri.

Atque leo e cubili inconsideratius impete facto unguibus aures laceravit extremis, festinatione concitatus nimia. Misellam vero fuga per fores recto rapuit tramite medias in silvas.

Ac vulpes ambas complosit manus, quod labor periisset

σοι παρεδρεύειν ἐλθοῦσαν, atque de scribendo ἐλθούσῃ, invito metro, cogitet. Syntaxis est non rara, sic instituenda: ἔπρεπέ σοι ἐλθοῦσάν σε παρεδρεύειν αὐτῷ.

36. Ἐχαυνώθη) Plutarchus Cæs. 29, de Pompeio, quem falsæ de Cæsare narrationes vana impleverant spe: ἐπὶ τούτοις Πομπήϊος ἐχαυνοῦτο.

41. De nomine φύζα p. 67.

42. A, καθ' ἰθύς.

Κἀκεῖνος ἐστέναζε τὸ στόμα βρύχων·
ὁμοῦ γὰρ αὐτὸν λιμὸς εἶχε καὶ λύπη.
Πάλιν δὲ κερδὼ καθικέτευε φωνήσας,
ἄλλον τιν' εὑρεῖν δεύτερον δόλον θήρης.
Ἡ δ' εἶπε κινήσασα βυσσόθεν γνώμην·
« Χαλεπὸν κελεύεις αὖθις, ἀλλ' ὑπουργήσω ».
Καὶ δὴ κατ' ἴχνος, ὡς σοφὴ κύων, ᾔει,
πλέκουσα τέχνας καὶ πανουργίας πάσας·
ἀεὶ δ' ἕκαστον ποιμένων ἐπηρώτα,
μή πού τις ἔλαφος ἡματωμένη φεύγει·
τὴν δ' ὥς τις εἶδε, δεικνύων ἀνωδήγει,
ἕως ποθ' εὗρεν ἐν κατασκίῳ χώρῳ
δρόμων ἀναψύχουσαν. Ἡ δ' ἀναιδείης
ὀφρὺν ἔχουσα καὶ μέτωπον εἱστήκει.
Ἐλάφου δὲ φρὶξ ἐπέσχεν ὦτα καὶ κνήμας,
χολὴ δ' ἐπέζει καρδίην· ἔφη δ' οὕτω·
« Σὺ νῦν διώκεις πανταχοῦ με, καὶ φεύγω.
« Ἀλλ', ὦ στύγημα, νῦν μὲν οὐχὶ χαιρήσεις,
« ἤν μοι προσέλθῃς καί τι γρύξαι τολμήσῃς.
« Ἄλλοις ἀλωπέκιζε τοῖς ἀπειρήτοις·
« ἄλλους δὲ βασιλεῖς ὑπερέθιζε καὶ ποίει ».
Τῆς δ' οὐκ ἐτέρφθη θυμός· ἀλλ' ὑποβλήδην,
« Οὕτως ἀγεννὴς » φησί, « καὶ φόβου πλήρης
« πέφυκας; οὕτω τοὺς φίλους ὑποπτεύεις;
« Ὁ μὲν λέων σοι συμφέροντα βουλεύων,
« μέλλων τ' ἐγείρειν τῆς πάροιθεν νωθείης,

49. Suidas : βρύχων τοὺς ὀδόντας ὁ λέων. Quæ sunt vel esse videntur huc referenda. Cf. ad Fab. 96, 3.

54. A, μή που τις.

57. A, ἤδ'.

63. A, γρύξαι τι, spondeo horribili. Suidas : γρύξαι· φθέγξασθαι, κράξαι.

64. Suidas : ἀλωπεκίζειν, ἐπὶ τῶν ἐξαπατᾶν ἐγχειρούντων.

66. Suidas : ὑποβλήδην· ὑποβαλὼν λό-

inanis; ingemuitque leo dentibus infrendens, quippe quem fames simul angebat et mœstitia.

Rursus autem vulpem voce rogabat supplice, ut novam aliam excogitaret dolosæ venationis artem.

Quæ, imo ducens de pectore sensus, « Arduam » inquit, « rem jubes iterum ; attamen navabo operam tibi ».

Atque ideo vestigia, veluti perita canis, lustrabat, artes nectens fraudesque omnigenas; et assidue a pastore quoque poscebat, num aliqua fugiat respersa cerva sanguine. Et, ut quisque viderat illam, vulpi monstrabat viam, donec invenit tandem umbroso cervam in loco, animam cursu recipientem. Stetitque coram, impudentia frontem velata superciliumque.

Tunc cervæ quatiebat horror aures et crura, atque in corde æstuabat bilis; et ita fatur :

« Tu me nunc quocumque locorum persequeris, et ego fugio « Sed, odium, nunc neutiquam lætaberis, ad me si accesse- « ris et fueris ausa grunnire. Alios vulpinator imperitiores ; « alios urito ambitione reges ; reges creato alios ».

Hæc non hilari vulpes audiit animo.

Ast subjiciens « Adeo ignavam » inquit, « ac formidine « plenam finxit te natura? adeo es in amicos suspiciosa tuos? « Leo quæ forent utilia tibi meditans, volensque ex pristino

γον ὑποκρουστικῶς, ἔτι λέγοντός τινος. Addo τινος ex Etymologico M.

70. Forsan, πάροιθε νωθείης· pausa Porsoniana. Est F. 50, 1, ὄπισθε φευγούσης, eadem versus sede. Sed, quum sæpissime pes quintus Babrianorum choliambicorum sit spondæus, nil puto mutandum, aliis sine codicibus. Exempla quærat sibi lector criticus Fabulas 39, 4; 40, 4; 42, 1; 45, 3; 46, 7; 82, 11; 97, 8;

« ἔψαυσεν ὠτὸς, ὡς πατὴρ ἀποθνήσκων·
« ἔμελλε γάρ σοι πᾶσαν ἐντολὴν δώσειν,
« ἀρχὴν τοσαύτην πῶς λαβοῦσα τηρήσεις.
« Σὺ δ' οὐχ ὑπέστης κνίσμα χειρὸς ἀῤῥώστου,
« βίῃ δ' ἀποσπασθεῖσα μᾶλλον ἐτρώθης.
« Καὶ νῦν ἐκεῖνος πλεῖον ἢ σὺ θυμοῦται,
« λίην ἄπιστον πειράσας σε καὶ κούφην,
« βασιλέα δέ φησι τὸν λύκον καταστήσειν.
« Οἴμοι πονηροῦ δεσπότου! τί ποιήσω;
« ἅπασιν ἡμῖν αἰτίη κακῶν γίνῃ.
« Ἀλλ' ἐλθὲ, καὶ τὸ λοιπὸν ἴσθι γενναία,
« μήδ' ἐπτόησο, πρόβατον οἷον ἐκ ποίμνης.
« Ὄμνυμι γάρ σοι φύλλα πάντα καὶ κρήνας,
« οὕτω γένοιτό σοι μόνῃ με δουλεύειν,
« ὡς οὐδὲν ἐχθρὸν ὁ λέων, ἀλλ' ὑπ' εὐνοίης
« τίθησι πάντων κυρίαν σε τῶν ζῴων ».
Τοιαῦτα κωτίλλουσα τὴν ἀχαιΐνην
ἔπεισεν ἐλθεῖν δὶς τὸν αὐτὸν εἰς ᾅδην.
Ἐπεὶ δὲ λόχμης εἰς μυχὸν κατεκλείσθη,
λέων μὲν αὐτὸς εἶχε δαῖτα πανθοίνην,
σάρκας λαφύσσων, μυελὸν ὀστέων πίνων,
καὶ σπλάγχνα δάπτων· ἡ δ' ἀγωγὸς εἱστήκει

123, 4. Addo Fab. 26, 10, εἰς τὰς Πυγμαίων, ni, quod fere malim, legendum ibi εἰς τὰ Πυγμαίων. Et, quamvis fecisse videatur Babrius pessimos iambos δὲ ζῶντος, τὸ ζῆν, addo exemplis spondæi, με ζητήσῃ Fab. 95, 29; ἀντιζωγρήσας 107, 16; et similia, quum aliis locis recte fecerit productionem ante ζ, v. c. F. 43, 2; 82, 11; 95, 4, 92, Coll. 2, 2; et cet. Quibus datis in F. 122, 11, κἀνίης quinti pedis poterit esse molossus, non creticus; quod fere voluit vir d. opinatus Babrium iambo quinti pedis uti; et tamen meminerat dipodiæ finalis F. 22, 9, λευκανθιζούσας, ac parilium. Jam patet clausulam ἐκγυμνοῦται probabiliter esse restitutam F. 22, 16, et σωθήσῃ γὰρ F. 75, 2.

76. A, πλέον. Feci trochæum.

84. A, μόνη. Fabulæ collatæ : ἐγὼ δὲ μόνῃ σοι δουλεύσω. Furia in latinis « uni », μόνῃ legens. Malim μόνην· « me

« excitare te veterno, aurem vellicavit pater veluti moribun- « dus. In eo erat enim ut mandata tibi cuncta daret, de modo « quo imperium tantum tuearis acceptum. Sed tu invalidæ « vellicationem manus non sustinuisti, ac, vi te subripiens, « vulnus fecisti gravius. Et nunc ille magis quam tu irascitur, « expertus te scilicet plus nimio diffidentem, ac levem animi; « aitque velle se lupum constituere regem. Hei mihi! malum « dominum! quid agam? Nobis auctor miseriæ cunctis fies. « Sed venito, et te deinceps præsta animosam; nec pavites « exterrita, velut ex grege ovicula! Etenim tibi per arbores « juro cunctas cunctosque fontes (sic mihi contingat uni ser- « vire tibi!), neutiquam hostem esse tibi leonem, sed pecu- « liari præ benevolentia cunctorum creare te dominam ani- « mantium ».

Talia garriendo persuasit cervam, ut eumdem iterum orcum accederet.

Quæ quum saltu fuit interiore conclusa, leo epulum ipse habuit opimum, carnes deglutiens avide, sorbens medullas ossium, voransque viscera.

Interim stabat pararia prædam esuriens; ac cor cervinum

unam, liberis aliis ». Sic sibi optaret mali aliquid. Aliter non videtur loqui ad persuasionem satis apposite.

85. Fabula collata p. 232 : μηδὲν κακὸν παθεῖν παρὰ τοῦ λέοντος. Forsan subaudiendum mente ποιήσει post ἐχθρόν. Forsan legendum ἐχθρός.

ω
87. A, κοτίλλουσα. Suidas : κωτίλλω· πανουργεύομαι, λαλῶ. Βάϐριος· « Τοιαῦτα κωτίλλουσα ... ᾄδην ». Idem : ἀχαιΐνη, ἡ ἔλαφος ... καὶ Βάϐριος· « Τοιαῦτα... αὐτὸν εἰς ᾄδην ». Vid. Camus ad Aristotelis Histor. Animal. Animadv. p. 176.

90. A, παντοίην. Recepi lectionem Suidæ in Πανθοίνην, πανδαισίαν· Βάϐριος· « Λέων μὲν αὐτὸς εἶχε δαῖτα πανθοίνην, Ἔγκατα ... δάπτων ». Suidæ explicatio non omnino bona est, quum sit, πανθοίνην epithetum, ni scripserit: πανθοίνην δαῖτα, πανδαισίαν. Pro lectione Suidæ δάπτων est λάπτων in A, quod posthabui, quum sequatur λάπτει.

πεινῶσα θήρης· καρδίην δὲ νεβρείην
λάπτει πεσοῦσαν, ἁρπάσασα λαθραίως·
καὶ τοῦτο κέρδος εἶχεν ὧν ἐκεκμήκει.
Λέων δ' ἕκαστον ἐγκάτων ἀριθμήσας,
μόνην ἀπ' ἄλλων καρδίην ἐπεζήτει·
καὶ πᾶσαν εὐνὴν, πάντα δ' οἶκον ἠρεύνα·
κερδὼ δ' ἀπαιολῶσα τῆς ἀληθείης,
« Οὐκ εἶχε πάντως » φησί· « μὴ μάτην ζήτει.
« Ποίην δ' ἔμελλε καρδίην ἔχειν, ἥτις
« ἐκ δευτέρου λέοντος ἦλθεν εἰς οἴκους ».

Ὅτι τοὺς τοῖς προλαβοῦσι κακοῖς μὴ σωφρονισθέντας εἰκότως ἄφυκτα κακὰ διαδέχεται· ἐν ᾧ καὶ ἔλεγχος κατὰ φιλοδόξων.

ϞϚʹ.

ΛΥΚΟΣ ΚΑΙ ΑΡΝΕΙΟΣ.

Λύκος παρήει θριγκὸν, ἔνθεν ἐκκύψας
ἀρνειὸς αὐτὸν ἔλεγε πολλὰ βλασφήμως.
Κἀκεῖνος εἶπε τὰς σιαγόνας πρίων·
« Ὁ τόπος μ' ἐλοιδόρησε· μὴ σὺ καυχήσῃ ».

93. Suidas in Νεβρείην καρδίην· Βάβριος· « Πεινῶσα κερδὼ καρδίην δὲ νεβρείην ». Rursus in Νέβρος· καὶ νεβρεία καρδία· Βάβριος· « Πεινῶσα κερδὼ καρδίην δὲ νεβρείην Λάπτει . . . λαθραίως ».

Fab. XCVI. Conf. Coray. Fab. 139, p. 81, 337; Knochii Fabula 12.

1. Suidas habet τριγχόν· sed utraque forma est in usu. Suidas igitur : τριγχός· τειχίον, στεφάνη, περιτείχισμα·

lingurit, quod forte delapsum clam rapuerat. Idque illi fuit pro tanto labore lucrum.

Ast leo, inito viscerum numero, unum præ ceteris cor sibi quærebat, et cubile totum, totum perscrutabatur latibulum.

Quum vulpes callide illum avertens a veritate, « Cor » inquit, « omnino non habuit. Ne quæras diutius. Quale cor « debuit esse isti cervulæ, quæ speluncam leonis bis intra- « verit »?

Quod illos, malis præteritis qui non facti sunt prudentiores, inevitabilia excipiant incommoda. Inest et ambitiosorum reprehensio.

XCVI.

LUPUS ET AGNUS.

Lupus præter maceriam ibat, unde prospiciens agnus multis illum insectabatur conviciis.

Cui respondit, maxillas serrans dentibus : « Locus me con- « viciatur; ne superbias ».

Βάβριος· « Λύκος παρῄει τριγχὸν, ἔνθεν ἐκκύψας... πρίων ». Rursus : τριγκός· περιβολή, περιτείχισμα. A, ἐγκύψας, confusione solita præpositionum ἐν et ἐκ. Anonymus De coma p. 49, 20 : πᾶσιν εἰς ὕβριν ἐγκείμενον. Malim ἐκκείμενον.

3. Suidas v. πρίων ... καὶ Βάβριος· « Κἀκεῖνος εἶπε τὰς σιαγόνας πρίων »· ἀντὶ τοῦ βρύκων. Fabula collata : ὀδόντας τρίζων· forsan, πρίζων.

Ὁ μῦθος ὀρθῶς πᾶσι τοῦτο μηνύει·
« Διὰ καιρὸν ἰσχύων τι μηδεὶς γαυρούσθω ».

Κατάλληλος ὁ μῦθος τοῖς διὰ περίστασιν καὶ τόπον κατὰ τύχην τῶν δυνατωτέρων κατεπαιρομένοις.

ϞΖ′.

ΛΕΩΝ ΚΑΙ ΤΑΥΡΟΣ.

Λέων ποτ' ἐπεβούλευεν ἀγρίῳ ταύρῳ·
καὶ προσποιηθεὶς μητρὶ τῶν θεῶν θύειν,
τὸν ταῦρον ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἠρώτα.
Κἀκεῖνος ἥξειν εἶπεν, οὐχ ὑποπτεύσας.
Ἐλθὼν δὲ, καὶ στὰς ἐπὶ θύρας λεοντείους,
ὡς εἶδε θερμοῦ πολλὰ χαλκεῖα πλήρη,
σφαγίδας, μαχαίρας, βουδόρους νεοσμήκτους,
πρὸς τῇ θύρᾳ δὲ μηδὲν, ἀλλ' ἢ δεσμώτην
ἀλεκτορίσκον, ᾤχετ' εἰς ὄρος φεύγων.
Ἐμέμφεθ' ὁ λέων, ὕστερον συναντήσας.
Ὁ δ' « Ἦλθον » εἶπε, « καὶ τὸ σύμβολον δώσω·
« οὐκ ἦν ὅμοιον θῦμα τῷ μαγειρείῳ ».

Ὁ μῦθος ἡμᾶς ὑπομιμνήσκει, τὸ ἐπιὸν πάντως δεινὸν προορῶντας, μηδαμῶς ἀμελεῖν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας.

6. A, μηδεὶς διὰ καιρὸν ἰσχύων τι. Versum pessimum feci transpositione malum, qui fieri bonus non potuit.

In affabulatione, A, τρόπον. Scripsi τόπον, sententia jubente. Fabula collata: πολλάκις καὶ ὁ τόπος καὶ ὁ καιρὸς δίδωσι τὸ θράσος κατὰ τῶν ἀμεινόνων.

Fab. XCVII. Conf. Coray. Fab. 227, p. 149, 377; Knoch. Fragm. 18.

3. Suidas : ἐρωτῶ σε, παρακαλῶ σε,

Id merito cunctis significat fabula : « Nemo ad occasionem « forte valentior, ob id insolescat ».

Conveniens est illis fabula, qui, fortuitas propter rerum circumstantias ac loci, in potentiores efferunt se insolentius.

XCVII.

LEO ET TAURUS.

Tauro silvestri leo quondam insidias meditabatur.

Et quum Matri Deorum simulavisset sacrificium, taurum secum ut cœnaret invitavit; qui venturum se, nihil suspicatus, respondit.

Accedens vero, stansque fores ante leoninas, ut multa vidit ahena plena calidæ, cultros, machæras, ferramenta bobus decoriandis abstersa recens rubigine splendentia, ad januam autem nil, præter ligatum gallulum gallinaceum, abiit in montem fugiens.

Questus est serius obviam illi factus leo.

Cui taurus, « Veni », inquit, « ac venisse me argumento « confirmabo : non erat hostia par culinæ ».

Nos submonet fabula, ut impendens malum omnino prævideamus, nostramque ipsorum salutem non negligamus.

ἱκετεύω σε, δέομαι... « Ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἠρώτα ». Quæ recensio placet magis.

7. Suidas : νεόσμηκτον, νεόθηκτον καὶ νεοκάθαρτον.

12. A, τὸ θῦμα τῷ μαγείρῳ.

ϞΗʹ.

ΛΕΩΝ ΜΝΗΣΤΗΡ.

Λέων ἁλοὺς ἔρωτι παιδὸς ὡραίης,
παρὰ πατρὸς ἐμνήστευε. Τῷ δ' ὁ πρεσβύτης
οὐδέν τι δύσνουν, οὐδ' ὕπουλον ἐμφήνας,
« Δίδωμι γῆμαι », φησί, « καὶ διδοὺς χαίρω.
« Τίς οὐ δυνάστῃ καὶ λέοντι κηδεύσει;
« Φρένες δὲ δειλαὶ παρθένων τε καὶ παίδων·
« σὺ δ' ἡλίκους μὲν ὄνυχας, ἡλίκους δ' ἡμῖν
« φέρεις ὀδόντας; τίς κόρη σε τολμήσει
« ἀφόβως περιβαλεῖν; τίς δ' ἰδοῦσα μὴ κλαύσει;
« Πρὸς ταῦτα δὴ σκόπησον, εἰ γάμου χρῄζεις,
« μηδ' ἄγριος θὴρ, ἀλλὰ νυμφίος, γίγνου ».
Ὁ δὲ πτερωθεὶς, τῇ δόσει τε πιστεύσας,
ἐξεῖλε τοὺς ὀδόντας, εἶθ' ὑπὸ σμίλης
ἀπωνυχίσθη· τῷ τε πενθερῷ δείξας,
τὴν παῖδ' ἀπῄτει. Τὸν δ' ἕκαστος ἠλοία,
ῥοπάλῳ τὶς, ἢ λίθῳ τὶς ἐκ χειρὸς παίων.
Ἔκειτο δ' ἀργὸς, ὥσπερ ὗς ἀποθνήσκων,
γέροντος ἀνδρὸς ποικίλου τε τὴν γνώμην

Conf. Coray. Fab. 221, p. 143, 144, 145, 375.

3, A, ἐμφήνας.

9. A, περιλαβεῖν. Monuit Μηνᾶς de corrigendo περιβαλεῖν. A, κλαύσῃ. Scripsi κλαύσει. Sic passim η et ει permutantur ob similem sonum. Epigramma in Anecd. Paris. c. 4, p. 309 : Εἰς Σοφοκλέα. Δηλῶν τὰ πικρὰ τῷ γλυκεῖ τῶν ῥημάτων, Ἀψίνθιον μέλιτι κιρνᾷ Σοφόκλεις. Legen-

XCVIII.

LEO PROCUS.

Captus amore leo formosæ puellæ, illam a patre poscebat in uxorem sibi.

Cui senex, nihil malevoli præ se ferens neque suspiciosi, « Filiam » inquit, « tibi dono ducendam, donansque gaudeo. « Cui non placebit gener et potens, et leo? Ast sunt timidæ « virginum mentes puellarumque; et tu quantos ungues nobis, « dentes quantos promis! Quæ virgo te audebit sine pavore « amplexari? quæ non plorabit, te intuens? Idcirco attendas « parumper, si conjugium cupis; nec sæva bellua, bellus sed « fias procus ».

Leo spei subvectus alis, ac dono confisus, evulsit sibi dentes, et scalpello resecandos permisit ungues; tum socero se monstrans exarmatum, poscebat puellam.

Ast illum unusquisque multabat, hic clava, vel saxo alius eminus iciens. Jacebatque leo immobilis, sus veluti moribundus, jam hominis et senis et ingenio vafri edoctus arte non

dum mihi quidem videtur, κιρνᾷς, Σοφόκλεις. Et esse puto δηλῶν ab δηλέω, quod hominem recentiorem non dedecet.

12. Πτερωθεὶς videlicet spe. Alciphro 2, 1, de amore : ἐλπίσας πτεροῦται. Nazianzenus Orat. 4, p. 120 D : οἷα καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπτέρου.

σοφίῃ διδαχθεὶς, ὡς ἄμικτον ἀνθρώποις
ἐρᾶν λεόντων, ἢ λέοντας ἀνθρώπων.
Αὐτός τις αὑτὸν λανθάνει κακῶς δράσας,
ὧν οὐ πέφυκε μεταλαβεῖν ὅταν σπεύδῃ.

ϞΘ΄.

ΛΥΚΟΣ ΚΑΙ ΚΥΩΝ.

Λύκῳ συνήντα πιμελὴς κύων λίην.
Ὁ δ᾽ αὐτὸν ἐξήταζε, ποῦ τραφεὶς οὕτω
μέγας κύων ἐγένετο καὶ λίπους πλήρης.
« Ἄνθρωπος » εἶπε, « δαψιλής με σιτεύει ».
« Ὁ δέ σοι τράχηλος » εἶπε, « πῶς ἐλευκώθη »;
« Κλοιῷ τέτριπται σάρκα τῷ σιδηρείῳ,
« ὃν ὁ τροφεύς μοι περιτέθεικε χαλκεύσας ».
Λύκος δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ καγχάσας, « Ἐγὼ τοίνυν
« χαίρειν κελεύω » φησί, « τῇ τροφῇ ταύτῃ,
« δι᾽ ἣν σίδηρος τὸν ἐμὸν αὐχένα τρίψει ».

Ὅτι αἰσχρὸν καὶ ἐπονείδιστον τὸ μικρᾶς ἡδονῆς χάριν δουλοπρεπῶς ζώειν· φευκτέον ὁ μῦθος παραινεῖ.

19. Suidas : ἄμικτος, ὁ μὴ μιγνύμενος. Id contortum est. Conjeci ac reddidi ἄνικτον ἀνθρώπους.

20. A, λέοντα. Scripto λέοντας hiatum opplevi. Forsan, ἀνθρώποις ... λέουσιν.

Fab. XCIX. Conf. Coray. Fab. 411; Milleriana pag. 230; Knochius pag. 21; Phædrus 3, 7; Avianus Fab. 37.

1. A, πημελής, et λίαν.

2. A, ποὐτράφης. Monuit Μηνᾶς de scribendo ποῦ τραφείς.

5. A, πῶς εἶπεν. Scripsi εἶπε, πῶς.

pervium esse hominibus leonum amorem, hominumve leonibus.

Nocet inscius ipse sibi, qui eorum fieri particeps cupit quæ negavit natura.

XCIX.

LUPUS ET CANIS.

Canis pinguis valde lupo forte occurrit.

Interrogavit hic illum, ubi loci nutritus, magnus adeo canis evaserit et tentus pinguedine.

« Homo » inquit canis, « lautus me saginat ».

« At tuum tibi collum » ait alter, « cur ita canduit »?

« Collari caro detrita ferreo fuit, quod nutritor mihi « circumligavit arte procusum ».

Ad hoc in cachinnos effusus lupus « Ergo ego valere jubeo « cibos » ait, « opiparos illos, quos propter ferrum mihi deteret « collum ».

Quod turpe sit ac probrosum parvæ gratia voluptatis vitam vivere servilem; idque fugiendum esse monet fabula.

10. Fabula collata : Ἐμοὶ φίλος λιμὸς γὰρ ἢ κλοιοῦ βάρος. Quod et ipse reperi. Reperit Knochius ἢ κολοιοῦ κόρος, pro quo bene vidit esse κλοιοῦ legendum; sed hæsit in ἤ, immerito, quum nota sit adverbii μᾶλλον ellipsis.

In affabulatione, A, τὸν μικρᾶς... ζωήν. Correxerat ζώειν vir d. anonymus. Sed neque sic correcta omnino sententia, quæ postulare videtur, τὸ μ. .... ζώειν, φευκτέον τε ὁ μῦθος παραινεῖ.

Ρ΄.

ΛΕΩΝ ΚΑΙ ΑΕΤΟΣ.

Λέοντι προσπτὰς αἰετῶν τις ἐζήτει
κοινωνὸς εἶναι· χὠ λέων, « Τί κωλύει »;
πρὸς αὐτὸν εἶπεν. « Ἀλλ' ἐνέχυρον πρὶν δώσεις
« τὠκύπτερά σου μή μοι μεθεῖναι τὴν πίστιν·
« πῶς γὰρ φίλῳ σοι μὴ μένοντι πιστεύσω »;

Ὁ μῦθος ἐκδιδάσκει μὴ τάχιστα πᾶσι πιστεύειν, καὶ μάλιστα τοῖς μήπω φίλοις.

ΡΑ΄.

ΛΥΚΟΣ ΚΑΙ ΑΛΩΠΗΞ.

Λύκος τις ἁδρὸς ἐν λύκοις ἐγεννήθη,

Fab. C. Conf. Coray. Fab. 408; Knochii Fab. 10.

1. A, αἰετῶν. Malit forsan aliquis αἰετὸς, et sic scribere suadet fabula collata. Sed conf. F. 102, 3.

3. Ἐνέχυρον δώσεις. Sic fabula collata. Deesse syllabam non vidit Corayus; viderunt critici alii, qui supplent inserto μοι, γοῦν, καί. Equidem inserui πρίν. Relictus est versus syllaba brevior in Anecd. Paris. t. 4, p. 387 : ψευδὲς μυθίζουσι, Θεόκλεες, ὡς ἀγαθαὶ μὲν Χάριτες, τρισσαὶ δ' εἰσὶν ἂν Ὀρχομενόν... Ipse codex, quod e meis schedulis disco, exhibet tantum ριτες. Bene integravit vocabulum editor, scripto χάριτες, sed non integravit versum, cui præfigatur articulus αἱ. Etiam scribi oportuit ἀν' Ὀρχ., id est εἰσὶ κατ' Ὀρχ., quæ est scriptura Vaticana Anthologiæ Palatinæ 12, 181,

C.

LEO ET AQUILA.

Advolans leoni aquila quædam, eum rogabat ut se sociam reciperet. Et aquilæ leo « Quid vetat »? ait. « Sed pignus dabis « prius, celeres illas pinnas tuas pactam non esse deserturas « fidem. Qui enim amicæ tibi non domisedæ confidam »?

Docet fabula non esse ocius quibuslibet confidendum hominibus, et iis præsertim qui nondum sunt amici.

CI.

LUPUS ET VULPES.

Lupus quidam robustior inter lupos natus erat, quem Leo-

cum hoc initio : ψευδέα μυθίζουσι Θεόκλ.

4. A, τὰ ὠκύπτερά σου μὴ μεθ. Displicebat valde hiatus et scripsi τὠκύπτερα· tum addidi μοι, quod non reprehendent qui meminerint quam sæpissime consociare græcos auctores syllabas μή μοι. Atqui μοι post μὴ facillime potuit excidere. Fabula collata : Ταχύπτερόν σε μὴ μεθεῖναι τὴν πίστιν. Et hic etiam malim legi : Τὸν ταχύπτερόν σε μὴ μεθ.

5. Vertit vir d. : « alias enim qui credam tibi amicæ, si me non exspectabis »? Aliter μένοντι intelligebam, quum non sit μένοντί με, sed simpliciter μένοντι, quod est μένοντι κατὰ χώραν.

Fab. CI. Conf. Coray. Fab. 410, Knochii Fabula 11.

1. A, ἀδρός.

λέοντα δ' αὐτὸν ἐπεκάλουν. Ὁ δ' ἀγνώμων
τὴν δόξαν οὐκ ἤνεγκε, τῶν δὲ συμφύλων
ἀποστατήσας, τοῖς λέουσιν ὡμίλει.
Κερδὼ δ' ἐπισκώπτουσα, « Μὴ φρενωθείην »
ἔφη « τοσοῦτον, ὡς σὺ νῦν ἐτυφώθης.
« Σὺ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐν λύκοις λέων φαίνῃ,
« ἐν δ' αὖ λεόντων συγκρίσει λύκος γίγνῃ ».

Πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν κολάκων οὐκ ὀρθῇ κρίσει ἐπαινουμένους, κἀντεῦθεν μέγα φρονοῦντας, ἔπειτα δὲ ἐλεγχομένους, ἑαυτοὺς ἐπιγινώσκειν.

ΡΒ'.

ΛΕΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥΩΝ ΔΙΚΑΙΩΣ.

Λέων τις ἐβασίλευεν, οὐχὶ θυμώδης,
οὐδ' ὠμὸς, οὐδὲ πάντα τῇ βίῃ χαίρων,
πρᾷος δ' ἄρα καὶ δίκαιος ὥς τις ἀνθρώπων.
Ἐπὶ τῆς ἐκείνου, φασὶ δὴ, δυναστείας
τῶν ἀγρίων ἀγυρμὸς ἐγεγόνει ζῴων,
δίκας τε δοῦναι καὶ λαβεῖν παρ' ἀλλήλων
τὰ ζῷα πάντα. Ὡς δ' ὑπέσχον εὐθύνας
λύκος μὲν ἀρνὶ, πάρδαλις δ' ἐπ' αἰγάγρῳ;

5. A, μὴ φρενωθείη. Scripsi φρενωθείην ex fabula collata Confert Knochius Suidæ glossam : φρενωθῆναι, σωφρονισθῆναι. Placet aliorum conjectura : μὴ 'κφρεν.

7, 8. Eædem clausulæ F. 54, 3, 4.
In affabulatione scribendum forsan, ὡς ἑαυτοὺς ἐπιγινώσκειν· vel, πρὸς τὸ τοὺς ἀπὸ τῶν.....

nem cognomine vocabant. Stolidus ille, et gloriæ impar ferendæ, a tribulibus segregavit se, ac cum leonibus conversabatur.

Vulpes autem cavillatrix « Ne ad sanam mentem tantum » inquit, « sim unquam reducenda, quantum tu nunc vano « fastu intumescis! quippe qui inter lupos revera leo videris, « interque leones rursus comparatione fis lupus ».

In eos qui pravo adulatorum judicio laudati, indeque superbientes, deinde ita convincuntur ut se qui sint agnoscant.

CII.

LEO REGNANS ÆQUIS LEGIBUS.

Leo quidam regnabat, non iracundus, neque crudelis, nec qui semper vires amaret, sed mansuetus ac justus, velut hominum aliquis.

Sub ejus igitur imperio narrant silvestrium habitum fuisse concilium animantium, quo vicissim darent pœnas feræ cunctæ vel acciperent invicem.

Quum autem piacula luerent lupus agno, rupicapræ pardus,

Fab. CII. Conf. Coray. Fab. 363.

3. A, πρὸς δ' ἄρα. Scripsi πρᾶος. Fabula collata ἀλλὰ πρᾶος καὶ δίκαιος. Vide Tyrwhittus p. 19.

5. Suidas : ἀγυρμός · ἐκκλησία, συναγωγή. Quod sequitur δοῦναι hinc pendebit subaudito ὥστε, πρὸς τό. Fabula collata : συναθροισμὸς ἐγένετο πάντων ζώων δοῦναι δίκας, καὶ λαβεῖν πρὸς ἄλληλα.

ἐλάφῳ δὲ τίγρις, πάντα δ' εἶχεν εἰρήνην,
ὁ πτὼξ λαγωὸς εἶπεν· « Ἀλλ' ἐγὼ ταύτην
« τὴν ἡμέραν ἀεί ποτ' ηὐχόμην, ἥτις
« καὶ τοῖς βιαίοις φοβερὰ τἀσθενῆ θήσει ».

Ἔπαινον ὁ μῦθος ἔχει κριτῇ πρᾴῳ καὶ λίαν δικαίῳ.

ΡΓ'.

ΛΕΩΝ ΝΟΣΩΝ ΚΑΙ ΘΗΡΙΑ.

Λέων ἐπ' ἄγρην οὐκέτι σθένων βαίνειν,
πολλῷ γὰρ ἤδη τῷ χρόνῳ γεγηράκει,
κοίλης ἔσω σπήλυγγος, ὡς νόσῳ κάμνων,
ἔκειτο, δολίως, οὐκ ἀληθῶς, ἀσθμαίνων,
φωνὴν βαρεῖαν προσποιητὰ λεπτύνων.
Θηρῶν δ' ἐπαύλας ἦλθεν ἀγγέλου φήμη,
καὶ πάντες ἤλγουν, ὡς λέοντος ἀῤῥώστου·
ἐπισκοπήσων δ' εἷς ἕκαστος εἰσῄει.

9. Inserui δὲ, syllaba quum abesset. Præivit fabula collata. Idem remedium sanabit epigramma politicum de Christi baptismo in Anecd. Paris. t. 4, p. 334: Γυμνούμενος μὲν γυμνὸν ἐνδύεις, Λόγε, Κάραν δὲ βάπτων ἐξανιστᾷς με πλάνης. Φαιδρύνεται μὲν ὠκεανὸς φωσφόρος, Ἰορδάνης δεσπότῃ λελουμένος. Legendum Ἰορδ. δὲ ex codice 1630, p. 133, 2. Editor doct. conjicit reponendum φωσφόρῳ λελουμένῳ, quæ sunt codicis ejusdem lectiones. Et bene codex ille prius distichon ponit seorsum ab altero. Deprehendi versiculum longiorem alio loco Anecdot. Paris. t. 4, p. 284, in catalogo metrico hæreseon philosophicarum: Κυρηναϊκῶν ἐσμὸς, οἱ τῶν Μεγαρέων. Edideram olim melius Anecd. Gr. t. 2, p. 62 : Κυρηναϊκῶν ἐσμοὶ, οἱ Μεγαρέων.

12. A, τὰ σθένη. Scripsi τἀσθενῆ, duce fabulatore prosaico, qui habet τὰ εὐτελῆ.

cervo tigris, et pax esset ubique, pavidus sic est loquutus lepus :

« Ast mihi hicce dies semper erat in votis, qui violentis « quoque animalibus metuenda faciet quæ sunt invalida ».

Laudem exhibet fabula mansueti et multum æqui judicis.

CIII.

LEO ÆGER ET ANIMALIA.

Leo qui venatum ire non valebat amplius, quippe multorum jam annorum senio confectus, cava in spelunca, velut morbo fractus, jacebat, ficto, non vero, laborans anhelitu, raucæ vocis attenuans sonos.

Ad ferarum latibula nuntia pervenit fama, cunctasque mœror angebat leonis de languore.

Et unaquæque ad eum visendum accessit, quas prehendens

Fab. CIII. Cf. Coray. F. 137, p. 78, 79, 336; Knoch. Fragm. 5; Plato Alcib. I, § 37 (ubi pro κατὰ τὸν Αἰσώπου μῦθον, ὃν ἡ ἀλώπηξ πρὸς τὸν λέοντα εἶπε, legerim, μῦθον, οὗ ἡ ἀλ. : sic Scholium ad Phœn. 237 : οἱ τοῦ μύθου αἰετοί· et Psellus Opusc. p. 117 : ἡ τοῦ μύθου κάμηλος· ubi nota); Lucilius Sat. 30, fragm. 3, 4; Horatius Ep. I, 1, 73; Phædri Append. F. 30; Dositheus p. 27.

3. Suidas : σπήλυγξ, σπήλαιον· Βάβριος· « κἄσω σπήλυγγος οἷά τις νούσῳ κάμνων, ἐϐέϐλητ' οὐκ ἀληθὲς ἀσθμαίνων ». Bene initium versus e conjectura restauraverat Tupius Emend. t. 2, p. 191. Meminit et Babrii Suidas in ἆσθμα, πνοή. Sumendum ἀληθὲς videtur.

5. Προσποιητὰ iterum Fab. 106, 17.

6. Pro ἀγγέλου φήμη, forsan ἄγγελος Φήμη, quod in latinis exhibui. Virgilius : « pennata per urbem Nuntia Fama ruit ».

Τούτους ἐφεξῆς λαμβάνων, ἀμοχθήτως
κατήσθιεν· γῆρας δὲ λιπαρὸν ηὑρήκει.
Σοφὴ δ' ἀλώπηξ ὑπενόησε, καὶ πόῤῥω
σταθεῖσα, « Βασιλεῦ, πῶς ἔχεις »; ἐπηρώτα.
Κἀκεῖνος εἶπε· « Χαῖρε, φιλτάτη ζῴων.
« Τί δ' οὐ προσέρχῃ, μακρόθεν δέ με σκέπτῃ;
« Δεῦρο, γλυκεῖα, καί με ποικίλοις μύθοις
« παρηγόρησον ἐγγὺς ὄντα τῆς μοίρης ».
« Ζώοιο »! φησίν· « ἢν δ' ἄπειμι, συγγνώσῃ·
« πολλῶν γὰρ ἴχνη θηρίων με κωλύει,
« ὧν ἐξιόντων οὐκ ἔχεις ὅ μοι δείξεις ».
Μακάριος ὅστις οὐ προλαμβάνει πταίσας,
ἀλλ' αὐτὸς ἄλλων συμφοραῖς ἐπαιδεύθη.

Οὕτω τινῶν οἱ κίνδυνοι διδαχὴ εἶναι ὀφείλει τῆς ἡμῶν σωτηρίας.

ΡΔ'.

ΚΥΩΝ ΚΩΔΩΝΟΦΟΡΩΝ.

Λάθρα κύων ἔδακνε· τῷ δὲ χαλκεύσας
ὁ δεσπότης κώδωνα καὶ προσαρτήσας,
πρόδηλον εἶναι μακρόθεν πεποιήκει.

10. A, κατήσθιε. Ludit in nomine λιπαρόν. Nam sic beatulus senex pinguescebat. Usum formulæ λιπαρὸν γῆρας pro commoda ac læta senectute illustravi ad Eunapium p. 171, 585; ad Homerum Odyss. Λ, 136. Scholarius in meis Anecdotis Græcis t. 5, p. 131 : εἰς εὔδαιμον γῆρας καὶ λιπαρόν.

singulas sine labore devorabat, atque ita senectutem quam dicunt pinguem sibi comparaverat.

Sed cauta vulpes rem suspicata, stansque procul, « Rex, « quo tu te habes modo »? interrogabat.

Cui leo : « Salve, animalium vulpes carissima. Quid non « accedis, ast eminus me invisis? Huc, dulcissima rerum, ac « me variis solator sermunculis jam fato proximum ».

« Vive, vale », respondit. « Sed ignosces abeunti mihi. « Multarum enim ferarum me cohibent vestigia, quarum egre« dientium nullum potis es ostendere mihi ».

Felix qui non occupat errorem, sed aliorum ipse calamitatibus edoctus sapuit.

Ita quorumdam pericula nobis nostræ documenta salutis esse debent.

CIV.

CANIS TINTINNABULATUS.

Clam mordebat canis. Fabricatus est illi dominus tintinnabulum et appendit, itaque ut procul agnosceretur fecit.

17. Forsan, εἰ δ' ἄπειμι· vel, φησί, νῦν δ' ἄπειμι· συγγνώσῃ. Hoc fere placet magis, quod sonus sit idem.

Fab. CIV. Conf. Coray. Fab. 210; Avianus Fab. 7.

1. Χαλκεύσας) Conf. Fab. 99, 7.

Ὁ κύων δὲ τὸν κώδωνα δι' ἀγορᾶς σείων
ἠλαζονεύετ'· ἀλλὰ δὴ κύων γραίη
πρὸς αὐτὸν εἶπεν· « Ὦ τάλαν, τί σεμνύνῃ;
« οὐ κόσμον ἀρετῆς τοῦτον, οὐδ' ἐπεικείης,
« σαυτοῦ δ' ἔλεγχον τῆς πονηρίας κρούεις ».

Ἔλεγχον ὁ μῦθος ἔχει τῶν οὐ καλῶς ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα φρονούντων, ὅταν διὰ κακίαν τι πάθοιεν.

ΡΕ'.

ΛΥΚΟΣ ΚΑΙ ΛΕΩΝ.

Λύκος ποτ' ἄρας πρόβατον ἐκ μέσης ποίμνης,
ἐκόμιζεν οἴκαδ'· ᾧ λέων συναντήσας
ἀπέσπασ' αὐτοῦ. Καὶ λύκος, σταθεὶς πόῤῥω,
« Ἀδίκως ἀφεῖλω τῶν ἐμῶν », ἐκεκράγει.
Λέων δὲ τερφθεὶς, εἶπε τὸν λύκον σκώπτων·
« Σοὶ γὰρ δικαίως ὑπὸ φίλων ἐδωρήθη »;

Ὁ μῦθος δικαίως καὶ προσφόρως ῥηθήσεται πρὸς ἄνδρας ἀδίκους, ἀλλήλους αἰτιωμένους, ἐπὶ τῷ αὐτῷ πταίσματι κειμένους.

7. A, ἐπιειχίης. Facilis correctio fuit sexti pedis; sed quinti anapæstus valde displicet. Scripsi ἐπειχείης, sine exemplo.

Fab. CV. 2. A, οἴκαδε ᾧ.

4. Pro ἀφεῖλω anonymus rescribebat ἀφεῖλου. Sed proba est forma aoristi ἀφειλάμην, etsi altera recentior. Citat grammaticus Bekkeri Anecd. p. 93, 14 ἐξαφείλατο ex Herodoto, circa nomen errans; Bastius in Epistolis Paris. p. 55, ἀφείλατο ex Anonymo. In inscriptione Anth. Pal. Append. 228 nulla fuit causa cur ἀφείλετο substituatur lectioni marmoris, quæ est ἀφείλατο. Dicit quidem

Ast canis tintinnabulum per forum jactans ferociebat, quem vetula sic est alloquuta canicula :

« Miselle, quid superbis? Non virtutis ornamentum hoc « tuæ, neque mansuetudinis, sed probrosum documentum « nequitiæ quatis ».

Criminationem illorum hominum fabula exhibet, qui non recte magna de se sentiunt, quum propter vitia quid patiuntur.

CV.

LUPUS ET LEO.

Lupus quondam ovem de medio raptam grege ferebat domum.

Cui occurrens leo illam vi extorsit.

Ac lupus, stans procul « Contra jus mihi mea abstulisti », clamavit.

Quo delectatus leo, lupo respondit non sine ludibrio : « Jure enim tibi fuerat ab amicis data »?

Merito ac congruenter fabula recitabitur in homines injustos, qui se invicem insimulant, quum sint eidem obnoxii culpæ.

grammaticus Bekkeri p. 469, 12, esse barbara διὰ τοῦ α, ἀφειλάμην, ἀνειλάμην· sed non audiendus. Vide quæ de hac forma monui ad Theognidem 1127, additis Wernsdorf. ad Himer. p. 100; Jacobs. ad Anthol. p. 403, 809, 880; Valcken. Schol. in N. T., t. 1, p. 425; Geel. ad Polyb. p. 110; Matthiæ Grammatica § 193, 7, p. 365 utilissimæ interpretationis gallicæ quam Longuevillio debemus et Gailio viris dd.

5. Λέων δὲ τερφθείς) Sic iterum Fab. 106, 29.

In affab. fors. καὶ ἀλλ., vel εἰ καὶ ἐπί.

ΡϚʹ.

ΛΕΩΝ ΠΡᾼΟΣ.

Λέων ποτ' ἀνδρῶν βίον ἄριστον ἐζήλου,
καὶ δὴ, κατ' εὐρὺν φωλεὸν διατρίβων,
ὅσων ἀρίστην ὀριτρόφων φυὴν ἔγνω,
φιλοφρονεῖσθαι γνησίως ἐπειρᾶτο·
πολὺς δ' ὑπὸ σπήλυγγι θαμινὰ παντοίων
θηρῶν ὅμιλος ἡμέρως συνηυλίσθη·
ὁ δ' εἱστία τε κἀφίλει νόμῳ ξείνων,
ἅδην τιθεὶς ἅπασι δαῖτα θυμήρη.
Φίλην δὲ κερδὼ καὶ σύνοικον εἰλήφει,
μεθ' ἧς τὰ πολλὰ μειλίχως συνεζήτει.
Γέρων δέ τις πίθηκος ἦν ὁ δαιτρεύων,
κρεῶν δὲ συσσίτοισι διανέμων μοίρας·
ὃς, εἴ τις ἦλθεν, οὐχὶ τῆς συνηθείης,

5. Suidas : θαμινὰ καὶ θαμινῶς· συνεχῶς, πυκνῶς.

6. A, θηρίων. Scripsi θηρῶν, spondæum pro importuno cretico. Permutata sunt eadem nomina Fab. 4.

8. Scripsi ἅδην probabiliter. Vocabulum in A est lectu difficile. Videtur ἀλίην primo intuitu legendum, quod quum sensu careat, placuit corrigere ἅδην. Suidas : ἅδην· ἅλις ἢ εἰς κόρον, ἱκανῶς, ἀρκούντως. Quo sensu sæpe leniter pronunciatur ἄδην. Sed asperum omnino spiritum codex exhibet, nec caret auctoritate. In Rheso 467, ἀλλ' ἅδην ἐλαύνομεν, est varietas ἅδην. Obiter monebo in scholio ad præcedentem versum, pro edita lectione, ἐν ἐρωτήσει τοῦτο προσενεγκτέον, legendum videri, προενεκτέον. Addam de scholio ad v. 481, quod advertit oculos, annotatiunculam. Hector Rheso : πάρεστί σοι Πέλτην ἐρεῖσαι καὶ καταστῆσαι στρατόν. Scholiastes igitur : ἐν οἵῳ, φησὶ, βούλει μέρει τῆς παρατάξεως ἔξεστί σοι τὰς πέλτας, τουτέστιν τοὺς σοὺς ὑπηκόους, στῆσαι. Opinatur vir doct. legisse non πέλτην scholiasten, sed πέλτας. Opinor legisse ipsum quod et nos legimus πέλτην· sed quum id nomen de militibus intelligeret pelta armatis, quo tropo et nomen ἀσπὶς de

CVI.

LEO MANSUETUS.

Leo quondam hominum vitam æmulabatur optimam, atque ideo in vasta degens spelunca, quamcumque ferarum monticolarum indole præditam innocentissima noverat, omni comitate idque candide excipiebat.

Ac sæpius sub ejus specu frequens bestiarum omnigenarum cœtus placide conveniebat, quas ipse mensæ adhibebat suæ, amice tractans, ut lex est hospitum, et cunctis jucundos laute apponens cibos.

Contubernalem sibi fecerat et amicam vulpem, quacum multa mente disquirebat mansueta.

Atque vetulus quidam simius structoris fungebatur munere, ac convivis carnium partes distribuebat. Qui, si quis venisset

clypeatis apud alios dictum est, in interpretatione pluralem numerum adhibuit. Et negat vir d. πέλτην hic talem habere sensum, quem reperiri ait in Alcestide de Diomede v. 514 : ζαχρύσου Θρῃκίας πέλτης ἄναξ. Sed quis credet cunctos Diomedis milites ζαχρύσους πέλτας gessisse? Est ἄναξ πέλτης, peltæ dominus aureæ, ut Ajax Ovidianus fuit, monente Wakefieldio « clypei dominus septemplicis ». Culpanda præsertim erat viro d. interpretatio verbi ἐρεῖσαι, quod non est reddendum στῆσαι. Fons locutionis est Il. N, 130 : Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Tyrtæus Fragm. 2 : Καὶ πόδα πὰρ ποδὶ θεὶς καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ἐρείσας. Ibi Klotz. p. 59 ; collato Duport. Gnomol. ad loc. Hom. p. 96.

11. Suidas : δαιτρεύειν, μερίζειν.

13. A, ὁσεί τις. Adscripsit vir d. ὡς. Sed nec sic procedere sententia videtur. Correxi ὃς, et distinctionem, quæ in A plena est post διατρεύων, mutavi. De permutatione vocalium ω et ο nemo litem movebit, adeo illam reddit perpetuam pronunciatio. Gregorius Naz. in meis Anecd. Gr. t. 1, p. 12 : ὥσπερ καὶ φιλίας ὅρος ἐστίν. Quod conjeceram legendum ὅσπερ mihi offert Georgidæ codex ab Μηνᾷ viro d. mihi commodatus humanissime.

ταυτὸν παρετίθει δεσπότῃ τε κἀκείνῳ,
ὅπερ εἶχεν ὁ λέων νεοδρόμῳ λαϐὼν θήρῃ·
κερδὼ δ' ἑώλων ἔφερεν οὐκ ἴσην μοῖραν.
Καὶ δή ποτ' αὐτὴν, προσποιητὰ σιγῶσαν,
λέων τίν' εἶχεν αἰτίην διηρώτα,
δείπνου τε χεῖρα καὶ βορῆς ἀποσχοῦσαν·
« Κερδοῖ σοφὴ, λάλησον ὥσπερ εἰώθεις·
« φαιδρῷ προσώπῳ δαιτὸς, ὦ φίλη, ψαῦσον ».
Ἡ δ' εἶπεν· « Ὦ φέριστε θηρίων γέννης,
« πολλῇ μερίμνῃ καρδίην διαξαίνω·
« οὐ γὰρ τὰ νῦν παρόντα μοῦνον ἀλγύνει·
« τὰ δ' ἔπειτα » φησί, « προσκοπουμένη κλαίω.
« Καθ' ἡμέραν γὰρ εἴ τις ἄλλος, εἶτ' ἄλλος
« ξένος πελάζοι, τοῦτο δ' εἰς ἔθος βαῖνον,
« τάχ' οὐδ' ἑώλων γεύσομαι κρεῶν μούνη ».
Ὁ λέων δὲ τερφθεὶς, ὡς λέων τε μειδήσας·
« Εἶπον πιθήκῳ ταῦτα· μὴ δ' ἐμοὶ μέμφου ».

Ὅτι μᾶλλον ἀλγύνειν καὶ λυπεῖν οἶδεν ἀνθρώπους οὐ τὰ παρόντα μόνον, καθ' ὅσον ἤδη ἡ τῶν μελλόντων προσδοκία.

16, 28. Ἑώλων) Conf. Fab. 86, 3.

17. Προσποιητά) Conf. Fab. 103, 5.

18. Est αἰτίην creticus ex usu, et sic passim. Notare poteram molossum αἰτίη in clausula choliambica F. 11, 2, quod tunc neglexi. Nam ionica hæc licentia non rara multum est. Conf. Fab. 61, 5. Quam si meminisset nuperus Sibyllæ editor vir doct., non reliquisset claudum versum 3, 26: Ἀντολίην τε δύσιν τε, μεσημϐρίαν τε καὶ ἄρκτον, ac μεσημϐρίην scripsisset, deleto trochæo pedis quinti; duce etiam ipso poeta 8, 321: Ἀντολ.... μεσημϐρίην...

30. A, εἶπεν. Corrigebat apte Μηνᾶς εἰπόν. Malui scribere, servato codicis

non de solito notus sodalitio, illi pariter atque hero apponebat quod recenti ceperat venatu leo.

Ast vulpes partem hesternorum ferebat ciborum, nec æquam.

Et vero quadam die, quum taceret simulate, leo illam quid haberet causæ rogabat, cur a cœnula manum et ferculis abstineret : « Sapiens vulpecula, loquere ut es solita; vultuque « hilari epulum tangas, amica ».

Quæ contra : « O ferinæ maxime gentis, multa animum « sollicitudine discrucior. Non enim præsentia tantum me con- « tristant; sed futura, quæ prævideam, deploro. Nam si diebus « singulis alius ac deinceps alius hospes adventabit (idque abit « in consuetudinem), brevi una ego ne hesternos quidem gu- « stabo cibos ».

Delectatus leo, utque leo subridens, « Id » ait « simio re- « nuntia, neque de me queraris ».

Quod soleant præsentia mala homines tristitia non tanta et ægritudine afficere, quanta jam futurorum exspectatio.

accentu, εἶπον· quæ pronunciatio melior est altera. Theocritus 14, 11 : ὅμως εἶπον· τί τὸ καινόν; Ibi nota alterius editionis meæ. Simili mendo πεῖσεν pro πεῖσον Fab. 116, 12.

Inepta est affabulatio hominisque non valde sagacis, qui non viderit intelligendam esse fabulæ allegoriam de conditionis aulicæ vitiis; de principum vel optimorum negligentia qui res infimis circa se familiaribus credunt; de veteribus amicis quorum prisca merita obscurat novorum hominum præsentia; etc.

ΡΖ΄.

ΛΕΩΝ ΚΑΙ ΜΥΣ.

Λέων ἀγρεύσας μῦν, ἔμελλε δειπνήσειν·
ὁ δ' οἰκοτρὶψ κλὼψ ἐγγὺς ὢν μόρου τλήμων,
τοιοῖσδε μύθοις ἱκέτευε τὸν θῆρα·
« Ἐλάφους πρέπει σοι καὶ κερασφόρους ταύρους,
« θηρῶν δὲ νηδὺν σαρκὶ τῇδε πιαίνειν·
« μυὸς δὲ δεῖπνον οὐδ' ἄκρων ἐπιψαῦσαι
« χειλῶν ἀμέσσων. Ἀλλά, λίσσομαι, φείδου.
« Ἴσως χάριν σοι τῆσδε μικρὸς ὢν θήσω ».
Γελάσας δ' ὁ θὴρ παρῆκε τὸν ἱκέτην ζῶντα·
καὶ, φιλαγρευταῖς ἐμπεσὼν νεανίσκοις,
ἐδικτυώθη, καὶ σφαλεὶς ἐδεσμεύθη·
κἀντεῦθεν ὁ θὴρ σωτηρίαν ἀπεγνώκει.
Ὁ μῦς δὲ λάθρῃ χηραμοῦ προπηδήσας,
στεῤῥόν τ' ὀδοῦσι βραχυτάτοις βρόχον κείρας,
ἔλυσε τὸν λέοντα τοῦτο φῶς βλέψαι,
ἐπάξιον δοὺς μισθὸν ἀντιζωγρήσας.
Σαφὴς ὁ μῦθος εὐνοοῦσιν ἀνθρώποις,
σῴζειν πένητας, μηδὲ τῶν ἀπελπίζειν,
εἰ καὶ λέοντα μῦς ἔσωσ' ἀγρευθέντα.

Conf. Coray. Fab. 217, p. 140, 373.

2. Suidas : κλὼψ, κλέπτης.

4. Suidas : κερασφόρους, κερατοφόρους. Post hunc versum deest versus saltem unus, quo syntaxis accusativorum ἐλάφους καὶ ταύρους nitebatur. Mox θηρῶν videtur esse participium. Sed exspectandus codex.

6. A, ἄκρον.

7. A, ἀμέσσων sic. Dubito paululum de lectione.

8. Τῆσδε, videlicet χάριτος.

10. Producta prima in φιλαγρευταῖς propter liquidam. Nota exempla similia vocum φίλος, φίλατο, πέλεται, πολλὰ λισσομένη, ὁ λιμενίτης, etc.

CVII.

LEO ET MUS.

Murem a se captum leo jamjam erat cœnaturus.

Fur autem domesticus, proximus (heu miser!) fato, tali oratione supplex rogabat belluam :

« Cervos decet te, taurosque cornutos venari, talique ventrem carne saginare, murinam vero cœnam ne summis quidem labiis, ipsis tuis labiis, attingere. Ast, precor, parcas. « Forsan gratiam tibi tali pro beneficio, tantulus ego, referam ».

Ridens bellua supplicem abire vivum passus est. Ac mox in venationis studiosos juvenes incidens, cassibus fuit circumventus, et, labente vestigio, vinculis ligatus.

Tunc cœpit leo desperare salutem.

Ast mus clam e latebra prosiliens, ac, validum brevissimis laqueum resecans dentibus, expediit ex nodis ferum, qui jam liber hacce frueretur luce; et sic vitam acceptæ vitæ retribuebat dignam mercedem.

Perspicua fabulæ mens benevolis est hominibus : scilicet pauperes oportere salvos præstare, nec de iis desperare, si quidem vel leonem a venatoribus captum servavit musculus.

12. A, κἀντεῦθεν ἀπεγνώκει ὁ θὴρ τὴν σωτηρίαν. Deleto τὴν transposui, metrum reparaturus. Est transpositio remedium parabilissimum. Oracula Sibyllina 1, 78 : Καὶ πολέμους ἐποίουν· εἰς δ' αὐτοὺς ἤλυθεν ἄτη. Lectio nitida quidem, sed conjecturalis. Codices exhibere dicuntur, ἴσση δ' αὐτοῖς, ἴση δ' αὐτοῖς. Transponebat Castilio, ἴση αὐτοῖς δ' ἤλυθεν. Transponam lenius : ἐποίουν· αὐτοῖς δ' ἴση ἤλυθεν.

13. Suidas : χηραμοί· οἱ φωλεοὶ, τῶν θηρίων αἱ καταδύσεις.

18. Est τῶν pro τούτων. Sic Fab. 77, 10 : τὸν ἡ σοφὴ λαβοῦσα. Affabulationem aliam Julianus præbebit Epistola extre-

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Μ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Μῦθος μὲν, ὦ παῖ βασιλέως Ἀλεξάνδρου,
Σύρων παλαιῶν ἐστιν εὕρεμ' ἀνθρώπων,
οἳ πρίν ποτ' ἦσαν ἐπὶ Νίνου τε καὶ Βήλου.
Πρῶτος δὲ πᾶσιν εἶπε παισὶν Ἑλλήνων
Αἴσωπος ὁ σοφός· εἶπε καὶ Λιβυστῖνος
λόχῳ Λιβύσσης. Ἀλλ' ἐγὼ νέῃ μούσῃ
δίδωμι, καθαρῷ χρυσίῳ χαλινώσας
τὸν μυθίαμβον, ὥσπερ ἵππον ὁπλίτην.
Ὑπ' ἐμοῦ δὲ πρώτου τῆς θύρας ἀνοιχθείσης,
εἰσῆλθον ἄλλοι, καὶ σοφωτέρας μούσης
γρίφοις ὁμοίας ἐκφέρουσι ποιήσεις,
μαθόντες οὐδὲν πλεῖον ἤ με γινώσκειν.

ma 8 : πάντως που καὶ παρὰ τῶν ἡττόνων εἶναί τι χρηστὸν ὁ μῦς τὸν λέοντα τῷ μισθῷ σώσας ἀρκούντως δείκνυσι. Eleganti brevitate Desbillons 5, 30 : « Gratia referri ab infimis etiam potest ».

1. Quem alloquatur non facile dictu est mihi quidem. Aliquid disquisitionis quæresis p. 2.

4. Suspectum πᾶσιν. Forsan, πάντων.

5. A, λίϐυς, τινὸς λόγου Λιϐύσσης. Hærebam, quum Λιϐυστικὸς, quod sententia postulare videbatur, metro repugnaret. Præsto adfuit Dubnerus vir multæ doctrinæ, memoriæ felicissimæ, qui meminit nominis synonymi Λιϐυστῖνος, et sic Babrii manum restituit. Tum pro λόγου cogitavit de corrigendo γόνῳ vel γόνοις. Usus ejus invento, mihi visus sum id perficere, scripto λόχῳ, quod de populo oratio poetica non repudiat. Atque est vocum λόγος, λόχος, confusio solennis : v. not. ad Aristæn. p. 364, 366. Innuit autem poeta μῦθον Λιϐυστικὸν, cujus est mentio frequens. Theo Progymn. capite tertio quod est de mythis: καλοῦνται δὲ Αἰσώπειοι καὶ Λιϐυστικοὶ, ἢ Συϐαριτικοί τε καὶ Φρύγιοι, καὶ Κιλίκιοι καὶ Καρικοὶ, Αἰγύπτιοι καὶ Κύπριοι· τούτων δὲ πάντων μία ἐστὶ πρὸς ἀλλήλους διαφορὰ, τὸ προσκείμενον αὐτῶν ἑκάστου ἴδιον γένος, οἷον· Αἴσωπος εἶπεν, ἢ λίϐυς ἀνὴρ ἢ Συϐαρίτης, ἢ Κυπρία γυνὴ, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῶν ἄλλων. Et Aristotelis classicus est locus Rhet. 2, 20. Ibi vide Victorium.

6. Potest jungi μούσῃ δίδωμι, subaudito ἐμαυτὸν, « novæ me musæ trado ». Euripides Phœn. 21 : δοὺς ἡδονῇ·

PROOEMIUM.

Fabula, imperatoris Alexandri fili, Syrorum est priscorum inventum virorum, qui olim sub Nino Beloque vixerunt.

Primus vero illam cunctis Græcorum filiis narravit Æsopus ille sapiens; narravit et Libystinus Libyssæ populo.

Ast ego novæ Musæ trado Mythiambum, aureo eoque puro freno illum flectens, equum veluti bellatorem.

Quum autem primus fores aperuissem, ingressi sunt alii, et doctioris musæ griphis similia efferunt poemata, qui nihil didicerunt aliud quam ut cognoscant mea.

scholiastes subaudit ἑαυτόν. Ibi Musgravius. Psellus Opusc. p. 143 : οἱ δὲ διδόατε ταῖς σκηναῖς· ibi similia contuli. Aphthonius Fab. 39 : τὸ παιδίον ἐδεδώκει πρὸς ὕπνον. In Philoctetæ versu 966, νῦν δ' ἄλλοισι δοὺς, Οἷς εἰκὸς, ἔκπλει, certatim et probant et recipiunt viri docti Wakefieldii conjecturam, ἄλλοις σε δοὺς, quum in ipsa codicum scriptura idem lateat sensus, idem subaudiatur pronomen. Musgravius id viderat ac monuerat, male neglectus. Sed malui jungere, Μούσῃ δίδωμι μυθίαμβον, χαλινώσας αὐτόν. Pulcra inde oritur figura Musæ non jam pedestris, sed equo invectæ. Plutarchus De aud. poet. c. 2 : τὰ δ' Ἐμπεδοκλέους ἔπη καὶ Παρμενίδου, καὶ Θηριακὰ Νικάνδρου, καὶ Γνωμολογίαι Θεόγνιδος, λόγοι εἰσὶ κεχρημένοι παρὰ ποιητικῆς, ὥσπερ ὄχημα, τὸν ὄγκον καὶ τὸ μέτρον, ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσιν. Egregie Amyotus : « ..... Les Sentences de Théognis sont oraisons, qui ont emprunté de la poésie la hautesse du stile et la mesure des syllabes ne plus ne moins qu'une monture pour éviter la bassesse de la prose ». Strabo 1, p. 23, 3 : καὶ αὐτὸ δὲ τὸ πεζὸν λεχθῆναι τὸν ἄνευ τοῦ μέτρου λόγον ἐμφαίνει τὸν ἀπὸ ὕψους τινὸς καταβάντα καὶ ὀχήματος εἰς τοὔδαφος.

7. A, χρυσέῳ. Scripsi χρυσίῳ. Dubnero displicet καθαρῷ. Malit φαλάρῳ χρυσέῳ.

9. Multa de januarum metaphora congessi ad Eunapium p. 392, 598; ad Georgium Lapitham v. 283. Phædrus 3, prol. 16 : « Intrare Musarum limen

Ἐγὼ δὲ λευκῇ μυθιάζομαι ῥήσει,
καὶ τῶν ἰάμβων τοὺς ὀδόντας οὐ θήγω.
Ἀλλ' εὖ πυρώσας, εὖ δὲ κέντρα πρηΰνας,
ἐκ δευτέρου σοι τήνδε βίβλον ἀείδω.

ΡΗ'.

ΜΥΣ ΑΡΟΥΡΑΙΟΣ ΚΑΙ ΜΥΣ ΑΣΤΙΚΟΣ.

Μυῶν ὁ μέν τις βίον ἔχων ἀρουραῖον,
ὁ δ' ἐν ταμείοις πλουσίοισι φωλεύων,
ἔθεντο κοινὸν τὸν βίον πρὸς ἀλλήλους.

si cogitas ». Plinius Epist. 1, 18 » : illa actio mihi aures hominum, illa januam famæ patefecit ». Cujus et avunculus dixit H. N. 35, 36 : « ab hoc (Apollodoro) artis fores apertas Zeuxis Heracleotes intravit ». Arnobius 2, p. 43 : « hominibus cæcis et revera in impietate degentibus pietatis aperuit januas ». Anonymus in Yriartæ Catalogo p. 389, 1 : εἰ δὴ ταῦτα ἐκεῖνος ἀπήτει, παρὰ θύρας ἂν οὐκ ἀπαντᾷν ἐδόκει τῇ ἀληθείᾳ. Choricius Laud. Procopii § 4 : ἐπὶ μὲν θύρας ἧκε ποιητικάς. Nazianzenus Orat. 39, p, 627 : τοῖς πάθεσι θύραν ἀνοίξαντες. Non rara metaphora in Novo Testamento : vide Valcken. Schol. t. 1, p. 518; Rhoer. Feriis p. 153; Schelhorn. Bibl. Brem. 5, p. 856. Voltairius de Malebranchio Epist. a. 1768, m. dec. : « il avait, dans ses deux premiers livres, frappé aux portes de la vérité ». Dalembertus de Marivauxio · « il se savait gré d'avoir le premier frappé à cette porte, jusqu'alors inconnue au théâtre ».

13. A, λουκῇ. Proposuit in margine descriptor vir doct., χωλῇ. Equidem propius accedens ad corruptam vocem, scripsi λευκῇ. Opponitur λευκὴ ῥῆσις γρίφοις. Proprietatem adjectivi λευκὸς in sensu perspicuitatis firmant notata mihi ad Eunapiana de Iamblichi scriptis p. 12 : οὔτε ἔχει λευκότητά τινα, καὶ τῷ καθαρῷ καλλωπίζεται · et ad ejusdem contrariam metaphoram p. 18 : τὰ γεγραμμένα ὑπὸ τῆς συνθήκης ἐμελαίνετο. Philippus Epigr. 44, quum repudiasset astrologorum μετεωρολογίας, et Aristarchi vermes, Ἀριστάρχου σῆτας ἀκανθολόγους « book-worms », Γιγνώσκοιμ', ait, ὅσα λευκὸν ἔχει στίχον· ἡ δὲ μέλαινα Ἱστορίη τήκοι τοὺς Περικαλλιμάχους. Ibi Jacobsii Analecta. Apposite Theophylactus Bulgar. Ep. 56 : ἐκεῖνο δὲ ὅρα μή τις φαίη μάτην με ῥαψῳδεῖν γρίφους πλέκοντα, δέον ἐξειπεῖν τὴν χρείαν λευκότερον. Poetaster in meis Anecdoctis gr. t. 2,

Equidem perspicua fabulas compono oratione et iamborum non acuo dentes. Stimulis autem ad ignem fabricatis diligenter, simulque hebetatis, altera vice huncce tibi librum cano.

CVIII.

MUS RUSTICUS ET MUS URBANUS.

Mures duo, alter vitam agens rusticam, ille opulentis latitans in apothecis, vitæ societatem inierunt inter se.

p. 473 : Ὁ Πορφύριος λεῦκον Ἀριστοτέλους Τὸ πορφυροῦν ἔδειξε γνώσεως βάθος. Pro ἔδειξε reperi vel reperisse credo ἔδοξε in codice 352 Suppl. Vir doct. qui ex illo codice distichon edidit in Anecd. Paris. t. 4, p. 284 ait se reperisse ἔδυξε, quod bene correxit scripto ἔδειξε. Minus bene sub lemmate εἰς Πορφύριον huic disticho alios junxit versus de Iamblicho, qui erant separandi.

14. A, ὀδόντας σου. Dubnero correctio debetur, qua et metrum juvatur. Nam ita expulso spondæo fit pausa Porsoniana.

15. Oratio non quam promisit λευκή, sed μελαντάτη. Conjecit, si quid video, felicissime Dubnerus εὖ πτερώσας.

16. Formula ἐκ δευτέρου utitur F. 95, 97, ac simili ἐκ δευτέρης F. 114, 5. Quid nunc significet in ea quæ nunc est libri conditione non facile dixerim. Quum nos docuerit Avianus Præfatione Æsopi fabulas Babrium in duo volumina coartavisse, suspicor posterius volumen a litera M incepisse, et hocce fuisse prologo ornatum. Inde etiam manifestum fit secundum literarum ordinem fabulas fuisse ab ipso auctore dispositas. Litera N præbebat quidem aptius secundi voluminis initium, quum sit tertia decima; sed verisimile est ex ipsa linguæ natura ultimas literas non multis præfixas fuisse fabulis, utque esset partis utriusque non dispar crassitudo, literam M fuisse ab auctore alteri attributam. Quod narrat Suidas, cujus verba reperiuntur supra p. 2, Babrii fuisse βιβλία δέκα, conciliabitur facile cum Aviani de voluminibus duobus testimonio, si fuerint unius cujusque voluminis βιβλία πέντε.

Fab. CVIII. Conf. Coray. Fab. 301, p. 196, 197, 402; Knochii c. 5, Fragmentum 23, et c. 6, Fragm. 5; Dositheus p. 37; Horat. 2, S. 6, 79 sqq.

Ὁ δ' οἰκόσιτος πρότερος ἦλθε δειπνήσων
ἐπὶ τῆς ἀρούρης ἄρτι χλωρὸν ἀνθούσης·
τρώγων δ' ἀραιὰς καὶ διαβρόχους σίτου
ῥίζας, μελαίνῃ συμπεφυρμένας βώλῳ,
« Μύρμηκος » εἶπε, « ζῇς βίον ταλαιπώρου,
« ἐν πυθμέσιν γῆς κρίμνα λεπτὰ βιβρώσκων·
« ἐμοὶ δ' ὑπάρχει πολλὰ καὶ περισσεύει·
« τὸ κέρας κατοικῶ πρὸς σὲ τῆς Ἀμαλθείας.
« Εἴ μοι συνέλθοις, ὡς θέλεις, ἀσωτεύσῃ,
« παρεὶς ὀρύσσειν ἀσφάλαξι τὴν χώρην ».
Ἀπῆγε τὸν μῦν τὸν γεηπόνον, πείσας
εἰς οἶκον ἐλθεῖν ὑπό τε τοῖχον ἀνθρώπου.
Ἔδειξε δ' αὐτῷ, ποῦ μὲν ἀλφίτων πλῆθος,
ποῦ δ' ὀσπρίων ἦν σωρὸς, ἢ πίθοι σύκων,
στάμνοι τε μέλιτος, σώρακοί τε φοινίκων.
Ὁ δ' ὡς ἐτέρφθη πᾶσι, καὶ παρωρμήθη,
καὶ τυρὸν ἦγεν ἐκ κανισκίου σύρων,
ἀνέῳξε τὴν θύραν τις· ὁ δ' ἀποπηδήσας,
στεινῆς ἔφευγε δειλὸς ἐς μυχὸν τρώγλης,
ἄσημα τρίζων, τόν τε πρόξενον θλίβων.
Μικρὸν δ' ἐπισχὼν, εἶτ' ἔσωθεν ἐκκύψας,

7. Vivebat mus optimus ille rusticus vitam priscorum hominum, ὅτ' ἰλὺς ἠσθίετο, Plutarchus ait De esu 1, c. 2, καὶ φλοιὸς ἐβρώθη ξύλου, καὶ ἄγρωστιν εὑρεῖν βλαστάνουσαν ἢ φλοιοῦ τινα ῥίζαν εὐτυχὲς ἦν. Pro altero φλοιοῦ memini viri d. qui φυτοῦ proponit; sed quærendum nomen peculiare plantæ, φλέω forsan. Scylax § 111 : περὶ δὲ τὴν λίμνην πέφυκε κάλαμος καὶ κύπειρος καὶ φλέως. Olim fuit κύπειρος καὶ φλοιός. Juncta κυπείρου καὶ φλέω in Ranis 243.

9. Vide n. ad v. 31.

10. Horatius Ep. 1, 6, 45 : « Exilis domus est, ubi non et multa supersunt ».

11. De Amaltheæ cornu pervulgata omnia. Vide quæ monui ad Anecd. Gr. t. 3, p. 12; quæ monuerunt Jacobs. ad Callicterem Anal. t. 9, p. 151, et Anthol. 11, 5; Walz. ad Arsen. p. 49; Fischer. ad Anacr. Fragm. 5; et ceteri. Joannes Pediasimus bonam mulierem esse ait παροιμιακὸν τῆς Ἀμαλθείας κέρας. Hippodamus Stobæi Tit. 103, 26, p. 341, de civitate bene constituta : ταῦτα μὲν ἐγὼ φημὶ ἦμεν τὸ ὀνομαζόμενον Ἀμαλ-

Domesticus prior venit cœnaturus in arva recenti herbescentia viriditate. Comesisque raris ac madidis frumenti radicibus, nigraque commixtis humo, « Formicæ » ait, « vitam vivis « ærumnosæ, ima sub tellure hordea rodens minuta. At mihi « sunt multa, multaque supersunt. Cornu, si conferar tibi, « ipsum habito Amaltheæ. Mihi si socius fies, opipare epu« laberis ad libita, relicto talpis agro quem fodiant ».

Agricolam abduxit murem, cui persuasit ut domum veniret tectumque subiret hominis.

Monstravit autem illi ubi farinæ copia, leguminum ubi acervus foret, doliave ficuum, urceique mellis et palmarum strues.

Ut cuncta hospitem delectabant, ut facto impete educebat tractum e calathisco caseum, valvas aperit aliquis.

Tum exsiliens arcti in recessum foraminis aufugit pavidus, incondito non sine murmure, ac pondere opprimens corporis convivatorem.

Post moræ pauxillum promens se foras, ori jamjam admo-

θείας κέρας· ἐν εὐνομίᾳ γὰρ τὰ πάντα ἐντί.

16. A, πλήρη, adjectivo pendente. Forsan periit versus, ἀλφίτων πλήρη Ἀγγεῖα... Displiceret correctio πλήρης, relato adjectivo ad σωρὸς, quod σωρὸς πλήρης ἀλφίτων non multum habeat proprietatis, et quod res reliquæ seorsum nominentur. Scripsi πλῆθος, lectori consulens.

18. A, σωρακοί. Suidas v. σωράκους· Βάβριος· « Ποῦ δ' ὀσπρίων ἦν σωρὸς ἢ πίθος σύκων; Στάμνοι ... φοινίκων; Signa interrogandi fragmentorum collectores impediebant. Illa adhibuit lexicographus ut versibus a serie avulsis sententia constaret.

22. Conf. Fab. 112, 2.

23. Forsan, τρύζων. Suidas, τρύζει· ψιθυρίζει, γογγύζει, ἀσήμως λαλεῖ. Ep. Fab. 112, 8, μῦς ἐπιτρύξας.

24. A, μικρόν τ'. Scripsi μ. δ' ex Suida. Suidas enim in Καμειραία ἰσχάς· Βάβριος· « Μικρὸν δ' ἐπισχὼν... Καμειραίας. Codices Suidæ εὖτ'. Tupius Emend. t. 1, p. 305 correxit εἶτ', merito receptum a Gaisfordio. Meursius Rhodo

ψαύειν ἔμελλεν ἰσχάδος Καμειραίης·
ἕτερος δ' ἐπῆλθεν ἄλλο τι προαιρήσων·
οἱ δ' ἔνδον ἐκρύβοντο. Μῦς δ' ἀρουρείτης,
« Τοιαῦτα δειπνῶν », εἶπε, « χαῖρε καὶ πλούτει,
« καὶ τοῖς περισσοῖς αὐτὸς ἐντρύφα δείπνοις,
« ἔχων τὰ πολλὰ ταῦτα μετὰ κινδύνων·
« ἐγὼ δὲ λιτῆς οὐκ ἀφέξομαι βώλου,
« ὑφ' ἣν τὰ κρίμνα μὴ φοβούμενος τρώγω ».

Ταῦτα ῥητέον τῷ ἐν προσχήματι φιλίας κακαῖς συμβουλίαις ἀπάγειν ἡμᾶς βουλομένῳ ζωῆς ἀταράχου, καὶ κινδύνοις καθυποβάλλειν χάριν ῥεουσῶν ἡδονῶν.

ΡΘ΄.

ΚΑΡΚΙΝΟΣ ΚΑΙ ΜΗΤΗΡ.

« Μὴ λοξὰ βαίνειν », ἔλεγε καρκίνῳ μήτηρ,
« ὑγρῇ τε πέτρῃ πλάγια κῶλα μὴ σύρειν ».
Ὁ δ' εἶπε· « Μῆτερ, ἡ διδάσκαλος, πρώτη
« ὀρθὴν ἄπελθε, καὶ, βλέπων σε, ποιήσω ».

Ἀντίῤῥησιν ὁ μῦθος ἔχει πρὸς τοὺς ἐναντίας τοῖς ἔργοις διδασκαλίας ποιουμένους.

2, 1, memorat ex Athenæo ficus Rhodias ; sed locus Suidæ ac Babrii ejus diligentiam effugit.

31, 32. Suidas : κρίμνον διὰ τοῦ ι, ἡ κριθή· καὶ Βάβριος· « Ἐγὼ δὲ ... τρώγω ». Conf. v. 9.

In affabulatione A, καθυποβάλαι. Passim scripturæ compendia legendis recte vocabulorum finibus obstant. Oracula Sibyllina 5, 192 : Καὶ κοπετὸν ὄψονται, ἀναιδέα θυμὸν ἔχουσαν. Videtur e compendio non nitido erutum fuisse ἔχου-

vebat ficum Camiræam, quum supervenit homo alius aliud quid ablaturus.

Ac mures se intus abdiderunt.

Mus autem rusticus « Talia qui cœnas » inquit, « sis lætus « atque dives, et opulentis ipse luxuriose utaris epulis, tanta « hacce copia fruens non sine periculo. Ast ego tenuem non « relinquam glebam, cujus sub tegmine hordeola comedo « securus ».

Illa sunt ei dicenda, qui sub fictæ specie amicitiæ, nos a vita tranquilla pravis consiliis vult seducere, ac fluxarum gratia voluptatum periculis subjicere.

CIX.

CANCER ET MATER.

« Ne incedas obliquo gressu », dicebat cancro mater, « neque « humenti devia saxo membra trahas ».

Qui contra : « Mater, sedula monitrix, prior incede recta, « teque ego intuens, faciam pariter ».

Responsionem illis exhibet fabula, qui dant præcepta factorum contraria.

σαν, eruendum fuisse ἔχοντες. Oculos advertit versus e vicinia : Πεντάπολι, κλαῦσαί σε ποιεῖ μεγαλόσθενος ἀνήρ. Id scriptum est e conjectura, de qua legesis editoris viri doct. notam. Lectio vetus editionum et codicum, Πενταπόλει κλαύσει δὲ Σόης μεγαλόσθενος ἀνήρ. Absque novis libris nil mutarem. Nomen proprium Σόης non est inauditum.

Fab. CIX. Conf. Coray. Fab. 295; Avianus Fab. 3.

1. Posset construi infinitivus cum

ΡΙ΄.

ΚΥΩΝ ΚΑΙ ΔΕΣΠΟΤΗΣ.

Μέλλων ὁδεύειν τῆς κυνός τις ἑστώσης
εἶπεν· « Τί χάσκεις; πάνθ' ἕτοιμά σοι ποίει·
« μετ' ἐμοῦ γὰρ ἥξεις ». Ἡ δὲ κέρκον οὐραίης
ἄρασά φησι· « Πάντ' ἔχω· σὺ δὲ βραδύνεις ».

Πρὸς ἄνδρα ἀπαράσκεύαστον πρὸς τὸν ἐν ἑτοιμασίᾳ ὄντα, καὶ περὶ συνοδοιπορίας κατεπείγοντα ὁ λόγος εὔκαιρος.

ΡΙΑ΄.

ΟΝΟΣ ΑΛΑΣ ΦΕΡΩΝ.

Μικρέμπορός τις ὄνον ἔχων ἐβουλήθη,
τοὺς ἅλας ἀκούων παρὰ θάλασσαν εὐώνους,
τούτους πρίασθαι· φορτίσας τε γενναίως
τὸν ὄνον κατῆγε. Τῆς δ' ὁδοῦ προκοπτούσης,
ὤλισθεν ἄκων εἴς τι ῥεῖθρον ἐξαίφνης,

ἔλεγε. Malui orationem facere directam. Alludit ad hanc Fabulam Gregorius Naz. t. 2, p. 155, § 60 : Εἰ λοξὰ προσβαίνουσι καρκίνων γόνοι, Πεῖραν λάβωσι μητρικῶν βαδισμάτων. Reperi in codice 1760 : εἰ λοξὰ μὴ βαίνουσι.

Fab. CX. In affabulatione quæ non nitide scripta est atque forsan non integra, alterum πρὸς videtur esse comparativum. Sublatis altero πρὸς et καὶ, sententia esset magis perspicua. Et ad eam rationem latina institui.

CX.

CANIS ET DOMINUS.

Iter qui meditabatur aliquis adstanti caniculæ, « Quid hias »? dixit ; « cuncta tibi face parata sint. Mecum etenim venies ».

Quæ caudam levans, « Cuncta » inquit, « mea mihi sunt pa- « rata. Tu vero moraris ».

In hominem imparatum, qui alterum jam strenue paratum ad iter capessendum incitat, opportuna narratio.

CXI.

ASINUS SALEM GESTANS.

Propola quidam asinum qui possidebat, audito maris ad litus vilem esse salis annonam, salem voluit emere, onustumque strenue animal deducebat domum.

Itione autem procedente, invitus in profluentem delapsus

Fab. CXI. Conf. Coray. Fab. 254, p. 166, 167, 388.

1. A, μικρὸς ἔμπορος. Sumsi e fabula collata compositum μικρέμπορος, quum divisa vocabula metrum non posset capere.

3. A, φορτήσας. Rescripsi φορτίσας, iotacismo ductus. In Epigrammate Anecdotorum Paris. 4, p. 386, Σκέψαι Νάρκισσον καὶ μηκέτι γαῦρα φρονήσης· Τοῦθ' ὑπεριφανίης ἄνθος ἔφυσεν ἔρως, miror non rescriptum fuisse ὑπερηφανίης. Sed sunt alia majora in illo epigrammate menda, quæ non tango.

καὶ συντακέντων τῶν ἁλῶν ἐλαφρύνθη·
ῥάων δ' ἀνέστη καὶ παρῆν ἀμοχθήτως
εἰς τὴν μεσόγειον. Τοὺς ἅλας δὲ πωλήσας,
πάλιν γομώσων τὸν ὄνον ἦγε, καὶ πλείω
ἐπενετίθει τὸν φόρτον. Ὡς δὲ μοχθήσας
διέβαινε τὸν ῥοῦν, οὗπερ ἦν πεσὼν πρώην,
ἑκὼν κατέπεσε· καὶ, πάλιν ἅλας συντήξας,
γαύρως ἀνέστη κοῦφος ὥς τι κερδήσας.
Ὁ δ' ἔμπορος τέχνην ἐπινοεῖ, καὶ πλείους
σπόγγους κατῆγεν ὕστερον πολυτρήτους
ἐκ τῆς θαλάσσης, τούς θ' ἅλας ἐμεμισήκει.
Ὁ δ' ὄνος πανούργως, ὡς προῆλθε τῷ ῥείθρῳ,
ἑκὼν κατέπεσεν· ἀθρόως δὲ τῶν σπόγγων
διαβραχέντων, πᾶς ὁ φόρτος ὠγκώθη,
βάρος δὲ διπλοῦν ἦλθε βαστάσας νώτοις.
Πολλάκις ἐν οἷς τις ηὐτύχησε καὶ πταίει.

ΡΙΒʹ.

ΜΥΣ ΚΑΙ ΤΑΥΡΟΣ.

Μῦς ταῦρον ἔδακεν. Ὁ δ' ἐδίωκεν ἀλγήσας
τὸν μῦν· φθάσαντος δ' εἰς μυχὸν φυγεῖν τρώγλης,
ὤρυσσεν ἑστὼς τοῖς κέρασι τοὺς τοίχους,

9. A, ἐπετίθει. Rescripsi ἐπενετίθει, propter metrum.

12. A, πάλιν ὅλους τήξας. Visum est pro ὅλους, scribere ἅλας, et, quum deesset syllaba, συντήξας pro simplici τήξας. Cogitabam et de rescribendo, πάλιν

est asinus repente, liquefactisque salibus, onere fuit levatus suo. Jamque refectus animi surrexit, ac sine labore in continentem evasit ripam.

Divenditis salibus, mercator rursus duxit asinum, sarcinas illi impositurus, imposuitque graviores.

Quum vero, fessus labore, rivum auritulus transiret eumdem in quo ceciderat nuper, procubuit sponte; ac, rursus liquefactis salibus, gestiens corpus tollit vado levisque, ut qui lucrum fecerat.

Ast homo technam comminiscitur. Plurimas spongias postremo tempore a maris litore advexit, jam pertæsus sales.

Asinus vero astute, ut per fluentes processit aquas, volens procubuit; quum, spongiis repente madefactis, totum intumuit onus, pondusque duplex dorso ferens abiit bestia.

Ubi quis rem bene gesserat sæpius, ibi impingit male.

CXII.

MUS ET TAURUS.

Mus momordit taurum; et taurus dolore percitus murem insectabatur, qui tempore imum subiit foramen.

Ast ille stans fodire cœpit cornibus parietes, quamdiu dum,

ἅλας ὅλους τήξας, sed displicebat enormis iste pes quintus, cujus exemplum delevi Fab. 104, 7.

13. A, γαῦρος. Spondæum feci, scripto γαύρως.

Fab. CXII. 2. Conf. Fab. 108, 22.

ἕως κοπωθεὶς ὀκλάσας ἐκοιμήθη
παρὰ τὴν ὀπὴν ὁ ταῦρος. Ἔνθεν δ' ἐκκύψας
ὁ μῦς ἐφέρπει, καὶ πάλιν δακὼν φεύγει.
Ὁ δ' ἐξαναστὰς οὐκ ἔχων ὃ ποιήσει,
διηπορεῖτο· τῷ δ' ὁ μῦς ἐπιτρύξας·
« Οὐχ ὁ μέγας αἰεὶ δυνατὸς ἔσθ', ὅπου μᾶλλον
« τὸ μικρὸν εἶναι καὶ ταπεινὸν ἰσχύει ».

ΡΙΓ'.

ΠΟΙΜΗΝ ΚΑΙ ΚΥΩΝ.

Μάνδρης ἔσω τις πρόβατα συλλέγων δειλῆς,
κνηκὸν μετ' αὐτῶν λύκον ἔμελλε συγκλείειν.
Ὁ κύων δ' ἰδὼν πρὸς αὐτὸν εἶπε· « Πῶς σπεύδεις
« τὰ πρόβατα σῷσαι, τοῦτον εἰσάγων ἡμῖν »;

Ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐκ ἀσφαλὴς ἡ μετὰ τῶν κακῶν συνοικία.

5. Conf. Fab. 108, 24.
8. Conf. Fab. 108, 23.
9. Menelaus in Sophoclis Ajace 1066. Ἀλλ' ἄνδρα χρὴ, κἂν σῶμα γεννήσῃ μέγα, Δοκεῖν πεσεῖν ἂν κἂν ἀπὸ σμικροῦ κακοῦ.

fractus labore, flexis prope ostiolum genibus, somno succubuit.

Inde caput proferens mus adrepit, ac, rursus impacto dente, aufugit.

Exsurgens autem taurus, nec habens quid faciat, hærebat animi dubius.

Cui mus cum susurro : « Non qui est corpore vastus sem- « per est potens, quum magis quod est parvum et humile « valeat ».

CXIII.

OPILIO ET CANIS.

Intus septa quidam vesperi congregans oves, fulvum una lupum erat inclusurus. Quo conspecto canis pastori « Quo- « modo festinas » dixit, « oves servare, qui istum ad nos « intromittis »?

Ostendit fabula non tuta esse improborum contubernia.

Fab. CXIII. Conf. Coray. Fab. 271.

2. A, κνακὸν λύκον. Quem vocat τὸν κνακίαν Fabula 123. Sed hic κνηκίαν scribam e Suida; nuncque κνηκὸν corrigens, mihi visus sum dialectum Babrii restituere.

ΡΙΔ′.

ΛΥΧΝΟΣ.

Μεθύων ἐλαίῳ λύχνος ἑσπέρης ηὔχει
πρὸς τοὺς παρόντας, ὡς ἑωσφόρου κρείσσων
λάμπειν ἅπασιν ἐκπρεπέστατον φέγγος.
Ἀνέμου δὲ συρίσαντος εὐθὺς ἐσβέσθη
πνοῇ ῥαπισθείς. Ἐκ δὲ δευτέρης ἅπτων
εἶπέν τις αὐτῷ· « Βαιὸν ἦν λύχνου πνεῦμα·
« τῶν δ' ἀστέρων τὸ φέγγος οὐκ ἀποθνήσκει ».

Ὁ μῦθος ἡμᾶς διδάσκει μηδαμῶς φυσιοῦσθαι ἐπὶ τοῖς τοῦ βίου λαμπροῖς, ἐπισταμένους μηδὲν εἶναι μόνιμον.

Conf. Coray. Fab. 239; Knoch. Fr. 47.

1. De metaphora verbi μεθύω in sensu plenitudinis monui ad Theophylactum Simoc. p. 218. Antiphilus de torrente Anth. 9, 277 : μεθύεις ὄμβροισι. Ibi Jacobs. Philippus Anth. 6, 38 : κώπην ἅλμης τὴν μεθύουσαν ἔτι, Suida interpretante μεθύουσαν, πεπληρωμένην.

2. Scilicet κρείσσων πρὸς τὸ λάμπειν. Atque erit λάμπειν transitive sumendum. Eodem sensu in Epigrammate Antipatri Anth. 6, 249, lampas, λάμψω, ait, φέγγος ἀκουσίθεον.

4. Fabula collata : ἀνέμου δὲ συῤῥεύσαντος. Quod ex altera recensione desumtum videtur ; inventum enim συρίσαντος prosarium fabulatorem vix puto mutare voluisse.

5. A, ῥαπισθείς, et in margine, ex conjectura, ut videtur, ῥιπισθείς. Hæc lectio est quidem aptissima sententiæ, sed repugnat metro. Bacchius ῥαπισθεὶς pes est nunc necessarius, ut apud Anacreontem, Χαλεπῶς Ἔρως ῥαπίζων. Quem versum in editione mihi nuper cognita ita emendatum, si diis placet, reperi : χαλεπῶς ὁ Ἔρως βάζων. Sed ῥιπισθεὶς molossus est, qui secundum pedem spondæo læderet. Quantitatis pro specimine sit Epigramma Lucillii Anth. 11, 101 : Ῥιπίζων ἐν ὕπνοις Δημήτριος Ἀρτεμιδώραν τὴν λεπτὴν, ἐκ τοῦ δώματος

CXIV.

LUCERNA.

Lucerna affatim plena oleo vesperi gloriabatur coram adstantibus, se lucifero fulgentiorem esse, cunctis quæ mitteret lucem splendidissimam.

Sed ventus sibilavit, subitoque fuit exstincta, flabello flatus ventilata.

Quam rursus accendens aliquis, « Debilis » ait, « lucernæ « spiritus erat. Astrorum vero lux non emoritur ».

Docet nos fabula nobis non insolescendum esse rebus vitæ prosperis, bene qui noverimus nihil esse stabile.

ἐξέβαλεν. Vertit Grotius : « In somno sufflans Demetrius Artemidoram, Ejecit (tenuis tam fuit illa) domo ». Alia est sententia, scilicet Artemidoræ dormienti Demetrium quum flabello ventum faceret, eam gracilissimam e tecto ejecisse. Est δῶμα, tectum, quod ostendi p. 16. Dormiebant præ calore nimio in tectis ædium planis, quod et nunc in regionibus orientis solitum.

5. Fabula collata, ἐκ δευτέρου· qua formula Babrius est usus Procemio altero v. 16, ante F. 108. Dixit nunc ἐκ δευτέρης hiatus vitandi causa.

Affabulationis verbum φυσιοῦσθαι restituere Auratus conabatur versui Sibyllæ corrupto Procem. 59 : Ἄνθρωποι, τί μάτην ὑψούμενοι ἐκριζοῦσθε. Proponebat ὑψούμενοι ἐκφυσιοῦσθε, quod a verbo corrupto immane quantum discrepat. Editoris monitum est hocce : « Opsopœus e conjectura an typographorum vitio, ἐκροιζοῦσθε ». Struvius, quod disco ex Didotiano Thesauro, ἐκριζοῦσθε pro ἐκροιζοῦσθε legendum notavit, et sic jam editum in Theophilo et Castalione. Sed quo sensu? Interpretes latini sententiam sequuntur, non ipsum vocabulum. Opsopœus verum vidit. Est ἐκροιζοῦσθε aptissimum : « quid perstrepitis, cum strepitu inceditis, allatratis superbe ac fastose » ? et similia alia. Nota editoris Theophili p. 336 Maranianæ memorat ex Gallæo ἐκροίζεσθε, quod et bonum est.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ν.

ΡΙΕʹ.

ΧΕΛΩΝΗ ΚΑΙ ΑΕΤΟΣ.

Νωθὴς χελώνη λιμνάσιν ποτ᾽ αἰθυίαις
λάροις τε καὶ κήϋξιν εἶπεν ἀγρώσταις·
« Κἀμὲ πτερωτὴν εἴθε τις πεποιήκοι »!
Τῇ δ᾽ ἐκ τύχης ἔλεξεν αἰετὸς ταῦτα·
« Πόσον, χέλυμνα, μισθὸν αἰετῷ δώσεις,
« ὅστις σ᾽ ἐλαφρὴν καὶ μετάρσιον θήσω »;
« Τὰ τῆς Ἐρυθρῆς πάντα δῶρά σοι δώσω »·
« Τοιγὰρ διδάξω », φησίν. Ὑπτίην δ᾽ ἄρας
ἔκρυψε νέφεσιν, ἔνθεν εἰς ὄρος ῥίψας,
ἤραξεν αὐτῆς οὖλον ὄστρακον νώτων.
Ἡ δ᾽ εἶπεν ἐκψύχουσα· « Σὺν δίκῃ θνήσκω·

Conf. Coray. Fab. 61, p. 37, 312; Milleriana Fab. 75; Knoch. Fr. 30; Avianus Fab. 2; Phædrus Fab. 2, 6.

1. A, λιμνᾶσιν, cum lectione marginali λιμναίαις. Prætuli lectionem poeticam magis. Et serius didici alteram esse conjecturalem.

2. Suidas : λάρος, ὄρνεον ἁρπακτικὸν καὶ ἀδηφάγον. Idem : κῆυξ, εἶδος ἱέρακος.

5. Est χέλυμνα vocabulum mihi non aliunde notum, diminutiva, ut videtur, forma nominis χελώνη, χέλυς.

7. Avianus : « Pennatis avibus quondam testudo loquuta est, Si quis eam volucrem constituisset humi, Protinus e rubris conchas proferret arenis, Quis pretium nitido cortice bacca daret ». Versus secundus non potest intelligi. Est in codicibus *volucri volucrum*, *custinuisset custituisset destituisset*, *humo*. Propono : « Si quis eam volucrum sustinuisset humo, Protinus... » videlicet : ex humo sustinuisset in altum aera.

8. Fabula Milleriana : ὁ δὲ ἐκκακήσας ἦρεν αὐτήν. Sed non potuit Aquila ἐκκακεῖν. Præferenda varians lectio ἐκκακίσας, videlicet testudinem vituperans. Permutatio solita vocalium η et ι. Sic confusa ἀχθήσας ἀχθίσας F. 8, 1; φορτή-

CXV.

TESTUDO ET AQUILA.

Tarda testudo palustribus quondam mergis, fulicisque, et cerylis dixit silvestribus : « Me etiam quoque utinam aliquis « volucrem constituerit »!

Cui forte aquila talia loquuta est : « Quantam, testula, « mercedem aquilæ dabis mihi, quæ te levem faciam ac su- « blimem »?

« Cuncta Erythræi Maris dona donabo tibi ».

« Igitur te docebo », ait.

Ac tollens supinam, abscondit nubibus, unde in scopulum illam dejiciens præcipitem, totum contudit dorsi corticem.

Tum testudo expirans animam « Merito morior », ait.

σας φορτίσας F. 111, 3. Poeta in Anecdotis Paris. t. 4, p. 17, 341 : Ἰσοκράτης ὥρισε ῥώμην καὶ φρένας· Θουκυδίδης ἔμιξεν ὅπλα καὶ λόγους. Conjicio Ἰσοκρ. χώρησε. Mox : Ἀλκιβιάδης καὶ Θεμιστοκλῆς μέγας, Ἄμφω τέλειοι· Φωκίων κρηπὶς λόγων. Legendum videtur, κοπὶς λόγων. Notum est Demosthenis dictum apud Plut. Dem. 16, qui, quum ipsi responsurus surgeret Phocio, dicere fuit solitus : ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς ἀνίσταται. Ibi Wyttenbachius; qui ait iambum efficere hæc verba, vel ita ut leguntur, vel transpositione : hoc verum, illud non. Idem anonymus poeta : ἀλλ' Ἀχιλλεὺς καὶ πλέον Δεινὸς θεωρεῖν τῶν ὅλων καὶ τὰς φύσεις, Κίνησιν ἄστρων καὶ φθορὰν διὰ ἔρος. Proponit recte Cramerus vir d. legendum φορὰν δι' ἀέρος. In apographo meo, quod raptim scripsi nec ad codicem exegi, reperio φθορὰς δι' ἀέρος, quod corrigebam φορὰς. . . . . Nomina φθορὰ φορὰ sunt confusa passim.

10. Ignatiana fabula : Ἔῤῥιψε πέτραις καὶ θλάσεν. Reperi in codice : ἤραξε πέτρᾳ.

11. Ἐκψύχουσα) Quo verbo utitur Planudes Boethii versus de Nerone convertens p. 21 : « Matris effuso maduit cruore, Corpus et visu gelidum perer-

« τί γὰρ νεφῶν μοι, καὶ τίς ἡ πτερῶν χρεία,
« τῇ καὶ χαμᾶζε δυσκόλως προβαινούσῃ » ;

ΡΙϚʹ.

ΑΝΗΡ ΚΑΙ ΜΟΙΧΟΣ.

Νυκτὸς μεσούσης ᾖδε παῖς τις εὐφώνως.
Γυνὴ δ' ἀκούει τοῦδε, κἀξαναστᾶσα
θυρίδων προκύπτει, καὶ βλέπουσα τὸν παῖδα
λαμπρᾶς σελήνης ἐν φάει καλὸν λίην,
τὸν ἄνδρ' ἑαυτῆς καταλιποῦσα κοιμᾶσθαι,
κάτω μελάθρων ἦλθε, καὶ, θύρης ἔξω
ἐλθοῦσ', ἐποίει τὴν προθυμίην πλήρη.
Ὡνὴρ δὲ ταύτης ἐξανίστατ' ἐξαίφνης·
ζητῶν ὅπου 'στὶ, κοὐκ ἰδὼν δόμων εἴσω,
μηδὲν χανών τε, καὐτὸς ἦλθεν εἰς οἶμον,
καὶ τῇ συνεύνῳ φησί· « Μηδὲν ἐκπλήσσου,
« τὸν παῖδα δ' ἡμῶν πεῖσον εἰς δόμους εὕδειν »·

rans Ora non tinxit lacrymis...» Μητρὸς αὖ ῥεύσαντι λύθρῳ διάνθη· Πτῶμα τῆς ἐκψύξαν ὁρῶν, ὀπωπὰς Δακρύοις οὐ ῥάντισεν... Conjecit editor τῆσδ' pro τῆς, citra necessitatem. Est τῆς pro ταύτης, melius pro ἧς.

13. Avianus : « Tum quoque sublimis, quum jam moreretur, in auras Ingemuit votis hæc licuisse suis, Atque ait : Exosæ post hæc documeuta quietis Non sine supremo magna labore peti. » Aliter distinguere placet : « Atque ait, exosæ post hæc documenta quietis, « Non sine... ». Scilicet, post tam manifesta documenta magni pretii quo esset habenda ea quam male oderat

« Quid enim nubium opus, quidve alarum mihi, quæ humi « quoque ægre progredior »?

CXVI.

MARITUS ET MOECHUS.

Canebat nocte media juvenculus quidam voce canora. Quem ut audiit mulier, e lectulo exsilit prospicitque de fenestra.

Tum, conspecto juvene cujus faciem formosissimam lunæ jubar splendidæ collustrabat, virum linquens vinctum somno, e conclavi descendit, et, progressa foras, libidinem explevit.

Ast maritus repente surrexit, quærensque uxorem ubi sit loci, nec eam intus videns, ore muto et ipse eamdem carpsit viam. Ac conjugi « Ne conturbator » ait; « sed puero per- « suadeas domum ut ingrediatur nostram dormiturus ».

quies, dixit, serius sapiens, « Non sine...

13. Post hunc versum lacuna est, cum notula : λείπει. Deest scilicet affabulatio.

Fab. CXVI. Non reperio fabulam similem. Similis obscœnitatis narrationem verbis, ut solet, curiose elaboratis extendit Apuleius Metam. I, 9, p. 195.

7. A, τῆι προθυμιηι πληρη. Scripsi τὴν προθυμίην. Sæpe iota adscriptum et literæ ν, ς, permutantur. Oracula Sibyllina de Nerone 5, 29 : Δεινὸς ὄφις, φυσῶν πόλεμον βαρὺν, ὅς ποτε χεῖρας Ἧς γενεῆς τανύσας ὀλέσει. Propono ἧ γενεῆ, vel ἣν γενεὴν, quod capiendum de fratre.

12. A, πεῖσεν. Vide ad F. 106, 30.

ὃν καὶ λαβὼν παρῆγεν. Εἶτα κἀκεῖνος,
ἄμφω θελόντων δρᾷν τι, τῇδ᾽ ἐῤῥᾳθύμει.
Τουτὶ μὲν οὕτως· ἔμφασις δὲ τοῦ μύθου,
κακὸν ἐπιχαίρειν ὅταν ἔχῃ τις ἐκτῖσαι.

ΡΙΖ'.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΗΣ.

Νεώς ποτ᾽ αὐτοῖς ἀνδράσιν βυθισθείσης,
ἰδών τις ἔλεγεν ἄδικα τοὺς θεοὺς κρίνειν·
ἑνὸς γὰρ ἀσεβοῦς ἐμβεβηκότος πλοίῳ,
πολλοὺς σὺν αὐτῷ μηδὲν αἰτίους θνήσκειν.
Καὶ ταῦθ᾽ ὁμοῦ λέγοντος, οἷα συμβαίνει,
πολλῶν ἐπ᾽ αὐτὸν ἑσμὸς ἦλθε μυρμήκων,
σπεύδοντες ἄχνας πυρίνας ἀποτρώγειν.
Ὑφ᾽ ἑνὸς δὲ δηχθεὶς συνεπάτησε τοὺς πλείους.
Ἑρμῆς δ᾽ ἐπιστὰς, τῷ τε ῥαβδίῳ παίων·
« Εἶτ᾽ οὐκ ἀνέξῃ » φησί, « τοὺς θεοὺς εἶναι
« ὑμῶν δικαστὰς, οἷος εἶ σὺ μυρμήκων »;

Ὁ λόγος διδάσκει ἡμᾶς μηδὲν ψέγειν τὰς τοῦ θεοῦ περὶ τοὺς

14. A, τῇιδ᾽ ἐραιθύμει, et accuratius τῇδ᾽ ἐῤῥᾳθύμει. Interpretatio est difficilior. Esse mihi videtur κἀκεῖνος de marito intelligendum, qui, ut ipse ab uxore veniam nefandæ libidinis acciperet, illi se facilem adulterii lentumque testem præbuerit. Cepi ἄμφω θελόντων de uxore et amasio extemporali. Est δρᾷν τι verecunde dictum. Eumathius Hysm. 4, p. 141 : καί τι δρᾷν ἐπεχείρουν ἐρωτικώτε-

Quem et prehensum manu deduxit. Dein ille etiam, quum ambo vellent facere aliquid, in uxorcula lentus patiensque fuit.

Res ita peracta fuit.

Fabulæ autem hæc est significatio, hominem lætari qui malum queat malo rependere.

CXVII.

HOMO ET MERCURIUS.

Nave quondam ipsis demersa cum vectoribus, spectator quidam deos arguebat æquos non esse judices : uno si quidem impio ratem ingresso, innocentes plurimos una cum illo interirent.

Quæ dum loqueretur, simul, ut fert casus, multarum ad ipsum accessit agmen formicarum, paleolas properantium rodere triticeas.

De quibus una quum momordisset illum, plurimas pede proculcavit.

Tum adstans Mercurius, et hominem virgula feriens, « Deinceps non patieris » inquit, « deos esse vestrum judices, qualem te præbes formicarum » ?

Docet nos narratio, non esse culpandum incomprehensi-

ρον. Quem conferat lector et p. 150, 241.

16. A, ἐκτίσαι. Intelligo κακὸν ἐκτῖσαι, in sensu malum pro malo reddendi, quod non est sine exemplo dictum.

Fab. CXVII. Conf. Coray. Fab. 364, p. 237, 410; Knochius Fab. 6.

5. A, λέγοντες. Fabula collata recte λέγοντος.

7. Suidas : ἄχναι, λεπτὰ ἄχυρα.

9. A, Ἑρμῆς τ' ἐπιστάς. Sumsi δ' ex fabula collata. Sic permutatæ literæ τ' δ' Fab. 108, 24.

ἀνθρώπους ἀκαταλήπτους οἰκονομίας, κἂν ἄδικοι τοῖς ἀπαιδεύτοις δοκοῖεν εἶναι.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ξ.

ΡΙΗ'.

ΧΕΛΙΔΩΝ ΔΙΚΑΣΤΑΙΣ ΣΥΝΟΙΚΟΥΣΑ.

Ξουθὴ χελιδὼν, ἡ πάροικος ἀνθρώπων,
ἦρος καλιὴν ηὐθέτιζεν ἐν τοίχῳ,
ὅπου γερόντων οἶκος ἦν δικαστήρων·
κἀκεῖ νεοσσῶν ἑπτὰ γίνεται μήτηρ,
οὔπω πτερίσκοις πορφυροῖς ἐπανθούντων.
Ὄφις δὲ τούτους ἑρπύσας ἀπὸ τρώγλης
ἅπαντας ἑξῆς ἔφαγεν. Ἡ δὲ δειλαίη
παίδων ἀώρων συμφορὰς ἐπεθρήνει,
« Οἴμοι » λέγουσα, « τῆς ἐμῆς ἐγὼ μοίρης!
« ὅπου νόμοι γὰρ καὶ θέμιστες ἀνθρώπων,
« ἔνθεν χελιδὼν ἠδικημένη φεύγει ».

Κατὰ δικαστῶν ὁ λόγος, βοηθεῖν δυναμένων τοῖς μηδὲν κακὸν πράξασι, καὶ τούτοις ὑπὸ μειζόνων ἀδικουμένοις μηδεμίαν ἀνάληψιν παρεχομένων.

In affabulatione δοκεῖεν. Orationem esse hominis christiani monstrat id nomen οἰκονομία.

Fab. CXVIII. Conf Coray. Fab. 286, p. 187, 398.

10. A, θέμις τε. Scripto τῶν potuit

bilia dei circa homines consilia, licet injusta ignaris esse videantur.

CXVIII.

HIRUNDO JUDICUM CONTUBERNALIS.

Vaga hirundo, hominum vicina, vere novo nidum disponebat in pariete domus; quæ domus seniorum erat judicum.

Atque ibi pullorum fit mater septenorum.

Quos, flavescentibus nondum pinnulis florentes, adrepens anguis e latebra cœpit vesci singulos ex ordine.

Ast misella natorum immatura deflebat fata, « Hei mihi »! dicens : « heu fatum triste meum! Ubi enim vigent leges ho-« minumque jura, illinc hirundo injuriam passa fugit ».

In judices narratio, qui quum reis queant insontibus opitulari, illis contra fas oppressis a potentioribus nil præbent auxilii.

versus constitui, sed quam debiliter! Poetice magis scripsi, et verissime etiam, ni fallor, θέμιστες.

In affabulatione A, τούτους... ἀδικουμένους. Permutatio est solita finium, propter compendia.

ΡΙΘʹ.

ΑΓΑΛΜΑ ΕΡΜΟΥ.

Ξύλινόν τις Ἑρμῆν εἶχεν· ἦν δὲ τεχνίτης·
σπένδων δὲ τούτῳ καὶ καθ' ἡμέραν θύων,
ἔπρασσε φαύλως. Τῷ θεῷ δ' ἐθυμώθη·
χαμαὶ δ' ἀπεκρότησε τοῦ σκέλους ἄρας.
Χρυσὸς δὲ κεφαλῆς ἐρρύη καταγείσης,
ὃν συλλέγων ἄνθρωπος εἶπεν· « Ἑρμεία,
« σκαιός τις εἶ, καὶ φίλοισιν ἀγνώμων,
« ὃς προσκυνοῦντας οὐδὲν ὠφέλεις ἡμᾶς,
« ἀγαθοῖς δὲ πολλοῖς ὑβρίσαντας ἠμείψω.
« Τὴν εἰς σὲ καινὴν εὐσέβειαν οὐκ ᾔδειν ».
Καὶ τοὺς θεοὺς Αἴσωπος ἐμπλέκει μύθοις,
βουλόμενος ἡμᾶς νουθετεῖν πρὸς ἀλλήλους·
πλέον οὐδὲν ἕξεις σκαιὸν ἄνδρα τιμήσας,
ἀτιμάσας δ' ἂν αὐτὸν ὠφεληθείης.

Conf. Coray. Fabula 128, p. 70, 71, 330.

6. Eadem forma Ἑρμεία Fab. 48, 3.

8. A, ὠφελεῖς· quod et propter sequens ἠμείψω, mutavi.

10. A, κενήν. Metrum scribere suasit

CXIX.

STATUA MERCURII.

Ligneum homo quidam habebat Mercurium : erat autem opifex.

Cui quum libaret quotidie et sacra faceret, erat ipsi domi mala res. Irascebaturque deo, et arreptum crure afflixit humi.

Tum e disrupto capite effluxit aurum, quod colligens homo sic est fatus : « Mercuri, perversus es deus et ingratus adversus « amicos, qui adorantes nos nullo afficiebas beneficio, at « bona plurima contumeliosis rependisti. Istam erga te novam « ignorabam pietatem ».

Deos etiam Æsopus implicat fabulis, monere nos volens de mutuis officiis. Stolidum si coles hominem, nihil lucraberis; quem si tractabis injuriosius, inde percipies lucrum.

καινὴν, quo et sententia valde juvatur. Ejus permutationis exempla vide in Xenophontea Critiæ oratione Hell. 2, 3, 17; in Notit. Mann. t. 6, p. 313; in Anecdotis græcis t. 2, p. 321, t. 5, p. 71, 112.

12. Suspicor hic excidisse versum, quo sensus verborum πρὸς ἀλλήλους fiebat explicatior.

ΑΡΧΗ ΤΟΥ Ο.

ΡΚ΄.

ΒΑΤΡΑΧΟΣ ΙΑΤΡΟΣ.

Ὁ τελμάτων ἔνοικος, ὁ σκιῇ χαίρων,
ὁ ζῶν ὀρυκτοῖς βάτραχος παρ' εὐρίποις,
εἰς γῆν παρελθὼν, ἔλεγε πᾶσι τοῖς ζῴοις,
ἰατρὸς εἶναι φαρμάκων ἐπιστήμων,
οἵων τάχ' οὐδεὶς οἶδεν, οὐδ' ὁ Παιήων
ὃς Ὄλυμπον οἰκεῖ, καὶ θεοὺς ἰατρεύει·
« Καὶ πῶς » ἀλώπηξ εἶπεν, « ἄλλον ἰήσῃ,
« ὃς σαυτὸν οὕτω χωλὸν ὄντα μὴ σῴζεις » ;

Πρὸς ἄνδρα ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον, ἄλλους παιδεύειν ἐπαγγελλόμενον.

Conf. Coray. Fab. 135, 300, p. 77, 196, 401; Knochii fragm. 52; Avianus Fab. 6.

1. Suidas : τέλματα, τὰ πηλώδη καὶ τελευταῖα τοῦ ὕδατος. — Ionico σκιῇ usus est et F. 79, 3, 4. Inde rescribatur σκιὴν pro σκιὰν, quod imprudens reliqui F. 43, 3; ut nonnulla id genus alia.

2. A, εὐρίπποις.

5. Suidas : Παιήονος, ἰατροῦ τῶν θεῶν. De quo deo Heyn. ad Il. 5, 401.

7. Corayus in fabula metrica p. 402 : Καὶ πῶς, φησὶν ἀλώπηξ, τοὺς ἄλλους σώσεις, Σεαυτὸν χωλὸν ὄντα μὴ θεραπεύων; Sic putat vir optimus ἀρχαῖον στίχον restituisse. Scribendum fuit, numero po-

CXX.

RANA MEDICA.

Limi incola, quæ gaudet umbra, et effossas vivit prope lacunas, rana in terram progressa, cunctis aiebat animantibus esse medica remediorum peritissima, qualia forsitan noverit nemo, ne Pæon quidem ipse, qui Olympum habitat et facit medicinam deis.

« Et quo alios sanabis modo », vulpes inquit, « quæ ipsi tibi « adeo claudæ non mederis »?

In hominem indoctum et ignarum qui alios docere profitetur.

litico, quod exstat in Matthiæ Miscell. t. 1, p. 47 : Καὶ πῶς δὲ, φ. ἀλ., ἄλλους σ., Σαυτὸν δὲ χ. ὄ. μὴ θεραπεύων; Inveni in cod. 1696 A : Σαυτὸν δὲ χ. ὄντα μὴ θεραπεύεις; Nam μηδαμῶς quod ibi exstat, pro μὴ, lapsus est calami. Corayanæ versus est primus : Ὄντος δέ ποτε βατράχου ἐν τῇ λίμνῃ· quem meliorem exhibet codex : Ὁ τῷ πηλῷ δὲ συζῶν βάτραχος οὕτως. Est ejus fabulæ alia recensio politica in eodem codice : Βάτραχος ηὔχει πᾶσιν ἐν ζώοις ἔχειν Ἰλύϊ συζῶν φαρμάκων γνῶσιν ἔχει (male repetito verbo lapsu calami; forsan ὅλην), Ὡς ἰατρὸς ἄριστος. Ἀλώπηξ δ' ἔφη· Καὶ πῶς σεαυτὸν οὐκ ἰᾷ τὸν χωλόπουν;

ΡΚΑ′.

ΟΡΝΙΣ ΚΑΙ ΑΙΛΟΥΡΟΣ.

Ὄρνις ποτ' ἠσθένησε. Τῇ δὲ προσκύψας
αἴλουρος εἶπε· « Πῶς ἔχεις; τίνων χρῄζεις;
« Ἐγὼ παρέξω σοι πάντα· μόνον σῴζου ».
Ἡ δ' « Ἐὰν ἀπέλθῃς », εἶπεν, « οὐκ ἀποθνήσκω ».

Πρὸς τοὺς πονηρᾷ διαθέσει χρηστότητα ἐπιδεικνυμένους ὁ λόγος εὔκαιρος.

ΡΚΒ′.

ΟΝΟΣ ΚΑΙ ΛΥΚΟΣ.

Ὄνος πατήσας σκόλοπα χωλὸς εἱστήκει·

Fab. CXXI. Conf. Coray. Fab. 152, p. 92, 347; Plutarch. Frat. am. 19; Phædrus 6, F. 18.

1. A, προκύψας. Mutata præpositione, feci molossum. Est et προκύψας in fabula collata : Ὄρνις δέ ποτε κατακλιθεὶς ἠῤῥώστει, Εἰς ὃν αἴλουρος προκύψας ἔφη ταῦτα. Sed nil interest quo modo participium scribatur, quum sint syllabæ numeratæ tantum. Aliud exemplum

CXXI.

GALLINA ET FELIS.

Gallina quondam morbo languebat.
Cui propior accedens felis « Quomodo habes »? inquit. « Qua
« re tibi fit opus? Cuncta præbebo tibi. Tantum salva fias ».
Ast illa « Si abieris » ait, « jam non morior ».

In eos qui, mala indole præditi, benignam præferunt mentem, narratio est opportuna.

CXXII.

ASINUS ET LUPUS.

Qui claudus erat ob calcatum surculum, asinus restiterat.

præbuit mihi fabula quam ineditam reperi inter Ignatianas codicis 2991 A: Ἔπη προκύψας τοῦ Λυκόφρονος λύκος Ἄττει πρὸς ὄρνιν ταῦτα τοῦ φράσαι χάριν· Ἡ δ' αὖ, μαθητὴν ὡς εἶδε κεχηνότα, Τείνει πτεροῖσι πρὸς φυγὴν ἠπειγμένη. Non displiceret προκόψας, lupus videlicet eruditior, qui in legendo Lycophrone profecerat; « un loup quelque peu clerc », ut ait Fontanius.

Fab. CXXII. Conf. Coray. Fab. 259, p. 170, 171, 390; Knochii fragm. 25.

λύκον δ' ἰδὼν παρόντα καὶ σαφῆ δείσας
ὄλεθρον, οὕτως εἶπεν· « Ὦ λύκε, θνήσκω,
« μέλλω δ' ἀποπνεῖν· σοὶ δὲ συμβαλὼν χαίρω.
« Σὺ μᾶλλον ἢ γὺψ, ἢ κόραξ, με δειπνήσεις.
« Χάριν δέ μοι δὸς ἀβλαβῆ τε καὶ κούφην,
« ἐκ τοῦ ποδός μου τὴν ἄκανθαν εἰρύσας,
« ὥς μου κατέλθῃ πνεῦμ' ἀναλγὲς εἰς ᾅδου ».
Κἀκεῖνος εἰπὼν, « Χάριτος οὐ φθονῶ ταύτης »,
ὀδοῦσιν ἄκροις σκόλοπα θερμὸν ἐξῄρει.
Ὁ δ' ἐκλυθεὶς πόνων τε κἀνίης πάσης
τὸν κνηκίαν χάσκοντα λακτίσας φεύγει,
ῥῖνας, μέτωπα, γομφίους τ' ἀλοιήσας.
« Οἴμοι »! λύκος « τάδ' » εἶπε, « σὺν δίκῃ πάσχω.
« Τί γὰρ ἄρτι χωλοὺς ἠρξάμην ἰατρεύειν,
« μαθὼν ἀπ' ἀρχῆς οὐδὲν, ἢ μαγειρεύειν »;

Ὅτι οἱ τοῖς μηδὲν προσήκουσιν ἐπιτηδεύειν ἐπιχειροῦντες, εἰκότως δυστυχοῦντες, βλάβην ἑαυτοῖς ἐπιφέρουσι.

5. A, δειπνήσει. Bona quidem temporis forma, scilicet ab δειπνήσομαι, sed terminatio non illius scriptoris. Poterit scribi δειπνήσῃ, facillima correctione, propter iotacismum. In Theodoro Hyrt. Ep. 36 scriptum est δίψει, superaddito η· et Ep. 77, δίψῃ, superaddito ει· electione libera. Malui tamen corrigere δειπνήσεις, quum futuro activo passim usus sit Babrius, v. c. F. 16, 4; 95, 7; 107, 1; 108, 4.

Lupum vero conspiciens proximum ac manifestam reformidans necem, sic est loquutus : « Lupe, morior, jamjamque « expirabo animam. Te quod habeam obvium, gaudeo. Tu « potius quam vultur, quam corvus meas cœnabis carnes. Ast « mihi officium præsta non damnosum tibi, idque leve, meo « scilicet ex pede extrahens spinam, qui possit spiritus absque « dolore ad Ditis domum descendere ».

Et ille « Hoc tibi officium non invideo » dicens, tepidum summis dentibus surculum evellebat.

Tunc asinus, jam cruciatibus et omni liberatus dolore, hiscentem ferum calce verberat, ac nares extundit frontemque molaresque, et se proripit fuga. « Hei mihi! Talia » lupus ait, « merito patior. Quid enim claudis cœpi modo facere medi« cinam, qui nullam ab initio didicerim artem præter coqui« nariam ».

Quod illi, qui res ad se nullo modo pertinentes aggrediuntur, merito careant successu, damnumque sibi creent.

7. A, ἄκανθα.

11. A, καὶ ἀναιδείης. Sumsi meliorem lectionem Suidæ in Κνηκίας, ὁ λύκος· Βάβριος ἐν τοῖς μυθικοῖς· Ὁ δ' ἐκλυθεὶς πόνων τε κἀνίης πάσης, Τὸν κνηκίαν χάσκοντα λακτίσας φεύγει. Lectio codicis sensu caret. Adde n. ad Fab. 95, 70.

12. A, κνακίαν χ. λακτήσας. Suidam sum sequutus. Confer Fabula 113, n. 2; 115, n. 8.

ΡΚΓ΄.

ΟΡΝΙΣ ΧΡΥΣΟΤΟΚΟΣ.

Ὄρνιθος ἀγαθῆς ᾠὰ χρυσᾶ τικτούσης,
θησαυρὸν ᾦεθ' ὁ δεσπότης ἐνευρήσειν
ἐν τῇσδε πλεῖστον ἐγκάτοις ἀγερθέντα·
κἄκτεινε ταύτην, ἀθρόον μέλλων λήψειν.
Εὑρὼν δ' ὅμοια τἄνδον ὀρνέοις ἄλλοις,
ᾤμωζε πολλὸν, ἐλπίδων ἀτευκτήσας·
πλείονος ἔρως γὰρ ἐστέρησε τῶν ὄντων.

Conf. Coray. Fab. 136, p. 77, 335; Avianus F. 33.

4. Corrigendum videtur λαβεῖν μέλλων. Nam mirabilis forma futuri λήψειν in auctore bonæ ætatis ac castigatissimo, quique F. 67, 5; 94, 9, usus est meliore λήψομαι. Potuit μέλλων λήψειν a librario male reponi, cui displicebat aoristus λαβεῖν cum verbo μέλλων. Joannes Monachus Vita Barlaami Anecd. Gr. p. 178, 10, μέλλουσιν ἀπολαβεῖν, variante codice 1128 μέλλ. ἀπολαμβάνειν. Christodorus

CXXIII.

GALLINA OVA PARIENS AUREA.

Bona quum gallina ova pareret aurea, thesaurum putavit dominus rêperturum se in ejus visceribus amplissimum, eamque jugulavit, paratæ auri copiæ manum injecturus.

Ast intimum ceteris avibus ventrem similem cernens, ingemiscebat valde, spe excidens sua. Habendi etenim plura cupido, præsentibus illum privavit bonis.

11 : ἔμελλε δὲ μαινομένη χεὶρ Ἀνέρος ἀντιβίοιο κατὰ χροὸς ἄορ ἐλάσσαι. Planudis est mala lectio ἐλάσσειν. Euripides Rheso 657 : τι μέλλετε ... σῶσαι βίον; Inutilis est conjectura Elmsleyi σώζειν. Vide ibi Vater., collato Matthiæo ad Orest. 534, Androm. 408; Schwebel. ad Ones. p. 53. Sanissima est Sententia Singularium 310 : Μενεῖ δ' ἑκάστῳ τοῦθ' ὅπερ μέλλει παθεῖν. — Inter quærendum versum Rhesi offendi ad Scholium v. 813 : βρίξαι τὸ μετὰ βορᾶς κοιμηθῆναι· imo μετὰ βοράν.

6. Suidas : ἀτευκτῶ, γενικῇ· ἀποτυγχάνω.

ΒΑΒΡΙΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ.

ΓΑΛΛΟΙ ΚΑΙ ΟΝΟΣ.

Γάλλοις ἀγύρταις εἰς τὸ κοινὸν ἐπράθη
ὄνος τις οὐκ εὔμοιρος, ἀλλὰ δυσδαίμων,
ὅστις φέροι πτωχοῖσι καὶ πανουργοῖσιν
πείνης ἄκος δίψης τε καὶ κακὴν τέχνην.

Conf. Coray. F. 241; Knoch. Fragm. 43; Phædrus 4, 1. — Desumta hæc est fabula ex Tzetzæ Chiliadibus 13, 257, qui ipsa servavit poetæ verba : Οἱ παλαιοὶ ἀγύρται γὰρ, ὥσπερ Βαβρίας γράφει, Ἐν μυθιάμβοις τοῖς χωλοῖς, οὐ τοῖς ἰάμβοις λέγω, ... Εἰς ὄνον θέντες εἴδωλον θεᾶς αὐτῶν τῆς Ῥέας Τυμπάνοις περιήρχοντο τὰς κώμας προσαιτοῦντες... Ἄκουσον καὶ Βαβρίου δὲ τινῶν χωλῶν ἰάμβων· « Γάλλοις...

3, 4, debentur Natali Comiti Mythol. l. 9, c. 5 de Rhea, p. 968, qui fontem unde hauserit non indicavit. Tzetzes post versum secundum : Εἶτα παρελθὼν καὶ κατωτέρω λέγει· « Οὗτοι δὲ...

3. Comes, ὅστις φέρῃ. Sic et Knoch. post Bentleyum Diss. de Æsopo § 7; Tyrwhitt. p. 54. Scripsi φέροι cum Corayo, Schneidero; Levisio Mus. Philol. t. 1, p. 303. Citat Knochius φέρει Neveleti, malam lectionem. Vulgo πανουργοῖσι.

4. Comes : πείνης σάκος δίψης τε καὶ κακῆς τέχνης. Nec est σάκος mendum typorum, quod statim putabam; vertit enim latine : « Scutum ut ferat famis sitisque mendicis His et dolosis, artis et malæ vasa ». Neveleto placuit σάκος.

BABRII

FRAGMENTA.

GALLI ET ASINUS.

Gallis circumforaneis fuit in rem communem venundatus asinus, non felix, ast infortunatissimus, qui mendicabulis istis veteratoriis bajularet famis sitisque remedium, artis et malæ instrumenta.

Certatim scripserunt alii : πείνης ἄκος . . . κακὴν τέχνην. Est ἄκος certum; F. 94, 4 : πόνων ἄκος. Κακῆς τέχνης vix probabile est, quum non pateat quid velit ἄκος κακῆς τέχνης. Comes convertit liberius, « artis et malæ vasa »; liberius quidem, sed forsan recte. Potest enim κακὴν τέχνην significare artis malæ instrumenta, tympana et cymbala, cultros, flagra talis ovium tesselata tæniisque lanosis fimbriata, libellos canticorum, tabellas pictas, ceteraque scruta ac superstitionum crepundia, et deæ simulacrum. Nam id erat in sarcinis impuræ factionis præcipuum, ac « deæ gerulus » Apuleio dictus est gallorum asinus ob tale ministerium Met. 8, p. 173. Atque inde mihi fere videbatur reddi posse κακὴν τέχνην per « vile deæ simulacrum »; quum sumatur non semel τέχνη, πόνος, κάματος pro ipso artis opere, meminerimque Mercurii Scopæ dicentis de se in Epigrammate : εἰμὶ γὰρ τέχνα Σκόπα. Et ita reddidissem, ni me retineret epithetum κακὴ de deformitate sic nude dictum.

Οὗτοι δὲ κύκλῳ πᾶσαν ἐξ ἔθους κώμην
περιόντες ἔλεγον πολλά. Τίς γὰρ ἀγροίκων
οὐκ οἶδεν Ἄττιν λευκὸν, ὡς ἐπηρώθη;
Τίς οὐκ ἀπαρχὰς ὀσπρίων τε καὶ σίτων
ἁγνῷ φέρων δίδωσι τυμπάνῳ Ῥείης; ***

Α΄.

Εἰ μὴ γὰρ ὑμεῖς στελεὰ πάντα τίκτοιτε,
οὐκ ἂν γεωργὸς πέλεκυν ἐν δόμοις εἶχεν.

Β΄.

Ταύτης ἀκούσας μικρὰ τιττυβιζούσης. . . .

Γ΄.

Σοφῆς ἀράχνης ἱστὸν εὗρε κωλώτης,
καὶ λεπτὸν ἐνέδυ φᾶρος ἐκτεμὼν τοίχου.

6. Tzetzes, Comes et Corayus : περιϊόντες ἔλεγον, τίς. . . quarto pede mutilo. Bentleyus : περιϊόντες ἐλέγοντο· τίς. . . Quod non explicabat; nec explicabat, qui id repetebat Tyrwhittus. Eos sequutus Knochius ἐλέγοντο videtur cepisse pro latino « dicebantur ». Sed quid inde fit lucri? Scripsi περιόντες ἔλεγον cum Dobræo Add. ad Plutum p. 135, cui paret Levisius; et inserui πολλὰ e conjectura, implendo versui. Corayus ἔλεγον, post Comitem, habebat pro « dicebant »; nam sequentia τίς. . . Ῥείης commatibus marginalibus sepivit directam velut orationem. Equidem ἔλεγον cepi pro « colligebant », et περιόντες pro περιϊόντες, cujus scripturæ sunt exempla. Τοῦ ἔλεγον pro συνέλεγον significatio est obvia. Suidas : λέγω,. . . καὶ τὸ συλλέγω.

7. In latinis sequutus sum quod malim legere εἶδεν, pro οἶδεν. Quorum temporum tanta oculis et auribus parilitas est, ut sæpissime permutentur.

Isti autem per omnes circum pagos vagantes plurima corradebant.

Quis enim paganorum non spectavit fœminea Attin albedine decorum, quo mutilatus vulnere? quis non primitias leguminum et frugum casto non dat lubens Rheæ tympano? ***

I.

Si vos enim, arbores, manubria cuncta non gigneretis, domi securim non haberet agricola.

II.

Hirundinem illam quum audiisset tenui zinzilulantem modulo....

III.

Doctæ telam araneæ reperit stellio, et tenuia induit stamina, de pariete resecta.

Nocet οἶδεν sententiæ. Si Attidis fabulam pagani noverant, pauci accedebant; sed erant oculis curiosis omnes, illi etiam quibus fabula sordebat; ac pictum Attin nemo non volebat spectare, præsertim ob vulneris locum.

FRAGM. I. Apud Knochium p. 183, ex Suida v. στελεὸν, τὸ τοῦ πελέκεως ξύλον· « Εἰ μὴ... τίκτητε... εἶχε ». Βάβριός φησιν ὁ μυθογράφος. Conf. Coray. Fab. 356, cujus lectionem τίκτοιτε recepi post Knochium. In fine scripsi εἶχεν. — Responsum est Jovis arboribus apud ipsum querentibus, quod secarentur.

FRAGM. II. Apud Knoch. p, 185, ex Suida v. τιττυβίζετε, ποιὸν ἦχον ἀποτελεῖτε. Καὶ Βάβριος ἐπὶ Χελιδόνος· « Ταύτης... » Conf. Coray. F. 248, p. 385. Juventini sumsi barbaram onomatopœiam.

FRAGM. III. Apud Knoch. p. 172, ex Suida v. κωλώτης, ὁ ἀσκαλαβώτης· Βάβριος· « Σοφῆς... τοίχου ». Est lacer-

Δʹ.

Ὄνῳ τις ἐπιθεὶς ξόανον εἶχε κωμήτης.

Εʹ.

Κρεῖττον τὸ φροντίζειν ἀναγκαίων χρειῶν,
ἢ τὸ προσίσχειν τέρψεσίν τε καὶ κώμοις.

Ϛʹ.

Χὤπως ἔχῃ τι βουκόλημα τῆς λύπης,
ἀνέθηκε τοίχοις ποικίλας γραφὰς ζῴων.

Ζʹ.

Ἃ σοι πέπρωται, ταῦτα τλῆθι γενναίως,
καὶ μὴ σοφίζου· τὸ χρεὼν γὰρ οὐ φεύξῃ.

tæ species, araneæ hostis. Dicitur Græcis et τοιχοβάτης.

FRAGM. IV. Apud Knoch. p. 173, ex Suida v. κωμῆται, καὶ οἱ γείτονες· Βάβριος· « Ὄνῳ ... » Conf. Coray. Fab. 256. Corayus pro εἶχε scribendum monet ἦγε, et est ἦγε in fabula collata, quod placuerat etiam Hemsterhusio. Bentleyus Diss. Æsopica § 7, cognita varietate ἦγε, non loco movebat alteram. Potest quidem ἐπιθεὶς εἶχε comparari syntaxi Herodoteæ, τοὺς ἄλλους εἶχε καταστρεψάμενος et Babrianæ F. 88, 3; idque servavi. Placet tamen magis ἦγε.

FRAGM. V. Apud Knoch. p. 98, ex meis Anecdotis Gr. t. 1, p. 48, ubi: Βαβρίου· Κρεῖττον ... ἢ τὸ προσέχειν τέρψεσι καὶ κώμοις ». Quod correxi. Proposui etiam: ἢ τὸ προσέχειν νοῦν τέρψεσίν τε καὶ κώμοις. Levisius malebat: ἢ νοῦν προσίσχειν τέρψεσίν τε... Prætuli quod visum est corruptæ scripturæ propius; nam τὸ φροντίζειν fere poscit, ut τὸ servetur in altero versu. Codex Georgidianus τοῦ Μηνᾶ viri doct. nomen Βαβρίου omittit, exhibetque τὸ προσέχειν. Pertinuerunt illi duo versus ad fabulam de formica et cicada, quam claudebant. Cf. Coray. Fab. 134, p. 334.— Sententiæ memini christianæ de abstinentia in Epiphanii Physiologo c. 7: μὴ θέλης γαστριμαργίᾳ σχολάζειν, ἵνα

IV.

Asino paganus quidam simulachrum imposuerat.

V.

Satius est de rebus victui necessariis curam habere, quam deliciis indulgere et comissationibus.

VI.

Et ut haberet levamen quoddam mœstitiæ, appendit parietibus varias animalium picturas.

VII.

Quæ sunt tibi destinata fato, ea perfer generose, nec callidi quid doli comminiscitor ; fatalem enim non effugies legem.

μὴ ἀποβάλῃς τὴν τῶν μ' ἡμερῶν νηστείαν. Melius scriberetur μὴ θέλε. Sed id in Epiphanio præsertim non urgendum.

FRAGM. VI. Ex Suida in Βουκολήσας, ἀπατήσας· καὶ βουκόλημα, τὸ θέλγητρον. « Χὤπως ... ἐνέθηκε ... ζώων. Recepi ἀνέθηκε ex Scholio Pacis 153 ed. Aldinæ. Babrii nomen abest quidem; sed quis de auctore dubitabit? Pertinet distichon ad fabulam Corayanæ p. 393, quam quum ait vir optimus ἐκ τοῦ πεζοῦ (Furianæ) εἰς τὸ στιχηρὸν ἀποκαταστῆσαι, egregie lusit operam, ni intellexerit τὸ στιχηρὸν de numeratione syllabarum politica.

FRAGM. VII. Ex Etymologico M. in Πεπρωμένον· Βάβριος· « Ἅ σοι ... φεύξῃ ». Est affabulatio ejusdem fabulæ poetica, quod monstrat fabulatoris collati oratio prosa : ὁ μῦθος δηλοῖ ὅτι, ἃ μέλλει συμβῆναί τινι, τούτοις γενναίως ἐγκαρτερείτω, καὶ μὴ κατασοφιζέσθω· οὐ γὰρ ἐκφεύξει. Recepi, pro κατασοφιζέτω, Corayi conjecturam. Sententia est pervulgatissima. Alciphron 1, 25 : ζῆν μὲν γὰρ καὶ τεθνάναι μεμοίραται ἡμῖν, καὶ οὐκ ἔστι τὸ χρέος φυγεῖν κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις καθείρξας αὑτὸν τηρῇ· ἔνεργος γὰρ ἡ ἡμέρα ἐκείνη καὶ τὸ πεπρωμένον ἄφυκτον. Codex bonus quem contuli : πᾶσιν ἡμῖν ... ἐν οἰκίσκῳ τις ἑαυτὸν καθ. τηρῇ. Et sic apud Demosth. Cor. § 28, expressum a sophista, ad cujus locum vide Bergleri notam.

Η'.

Οὔπω δὲ καιρός ἐστιν ἤϊ' ἀλλύειν.

Θ'.

Ὁ δ' ἐκ πεταύρου κλαγγὸν εἶπε φωνήσας·
« Πόθεν μαθήσῃ πόσσον εἰς ἕω λείπει,
« τὸν ὡρονόμον θύσας με »;

Ι'.

Ταῦτα δ' Αἴσωπος
ὁ Σαρδιηνὸς εἶπεν, ὅντιν' οἱ Δελφοὶ
ᾄδοντα μῦθον οὐ καλῶς ἐδέξαντο.

FRAGM. VIII. Suidas : ἠΐων ἀχύρων . . . Βάβριος· « Οὔπω δὲ καιρός ἐστιν ἤϊα λύειν. Recepi, post Knochium Fragm. 21, Tupii emendationem. Conf. Fab. 88, 11, ad quam versum retulit Schneiderus parum quidem probabiliter.

FRAGM. IX. Suidas : πέταυρα, τίγνα· Βάβριος· « Ὁ δ' ἐκ π. . . εἶπε βοήσας. . . θύσας με »; Pro βοήσας ex collata Fabula Coray. p. 265, Knoch. p. 124, correctio facta fuit. Forma πόσσον non morabitur qui τόσσῃ viderit et similia n. 11 ad Fab. 45.

FRAGM. X. Apud Knoch. p. 26, 135,

VIII.

Nondum tempus est palearum manipulos solvere.

IX.

Gallus autem *gallinaceus* ex pertica acuto dixit cum clangore : « Unde disces quantum temporis ad auroram usque « supersit, quum horæ nuntium me mactaveris »?

X.

Hæc autem Æsopus dixit Sardianus, quem Delphi recitantem fabulam non bene exceperunt.

ex Apollonii Lexico v. ἄειδε, ut est optime emendatus a Tyrwhitto. Non nominat quidem Apollonius mutilus Babrium; sed vix dubitari potest ob argumentum metrumque, et poeticæ orationis bonitatem, quin versus revera sint Babriani. Verba ᾄδοντα μῦθον conferri queunt cum ultimo versu prologi alterius ante literam M, τήνδε βίβλον ἀείδω. Quam male tractatus fuerit Æsopus a Delphis qui, ejus loquendi libertatem non ferentes, illum de rupe Hyampeia præcipitaverunt, narratum a Planude est, Suida, Plutarcho, aliis.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 3, col. 2. Cum locis, qui monstrant appellatione liberorum usos esse magistros de discipulis, conferri potest Choricius in Procopium § 36 : ὅσων γέγονε παιδευτὴς, τοσούτων ὑπῆρχε πατὴρ, ἴσα καὶ τέκνων τοὺς φοιτητὰς ἀγαπῶν. Codices quos vidi duo, ἴσα καὶ τέκνω, scilicet ἴσα καὶ τέκνῳ, quod recipiam, quamvis exspectetur potius τέκνοις. Sed si unicum habuerit filium Procopius, jam τέκνῳ unice probum est.

P. 4, 6 : ἐπὶ τῆς δέ) Ad collocationem conjunctionis neminem offendere posse, utique debere reor. Sic F. 43, 5 ; 86, 2.

P. 5, 5. Legendum, « pinique folia ». Ennius quidem Euripidis verba initio Medeæ, τμηθεῖσα πεύκη vertit « cæsa abiegna trabes »; sed imitatorem se ferebat, et suo poetæ jure utebatur. Fidus magis interpres fuit Phædrus, cui nominatur « Pinus Thessala ». Latinorum abies est Græcis ἐλάτη, pinus πεύκη. Et hodieque iisdem nominibus eas arbores Græci vocant.

Fab. 6, 6. Vide F. 51, n. 6.

Fab. 11, 5. Conf. Knoch. Fragm. 51.

Fab. 16. Conf. Knoch. Fr. 56.

P. 39, col. 2, 6. Lege ἐλπίσιν pro ἐλπίβιν. Sæpius fugiunt visum, inter legendum specimina, mendæ prægrandes, quæ in plagulis nitidioribus, neque jam sub prelo reponendis, statim quasi insiliunt oculis eosque lædunt. Sic nuper in Anecdotis Novis, quum jam emissa volarent irrevocabilia, obstupui incidens p. 100, n. 1, in παθήματα παθήματα, pro παθ. μαθή-

ματα. At me consolor ipse domi reputans quam sæpe viri multo me eruditiores et magna meritissimaque diligentiæ laude florentes eo peccaverint modo. Alicubi errata id genus quum emendarem mea, negligentiam redemturus, pro menda unaquaque correctionem loci alicujus offerebam criticam. Quod et hodie faciam. Florus 2, 2, 31 : « Quantus o tunc triumphus tempestate intercidit, quum opulenta præda classis, adversis acta ventis, naufragio suo Africam et Syrtes, et omnium ripas gentium, insularum litora implevit »! Verba « omnium ripas gentium » e conjectura Grævii editiones ingressa sunt pro lectione codicum « omnium imperia gentium ». Et qui id recipiunt se textum aiunt restituisse. Sed puto Florum non adeo fuisse jejunum ut ripas jungeret ac litora. Propono quod videtur mihi quidem melius, facilius saltem, « emporia ».

Fab. 18, 1. Avianus : « Immitis Boreas placidusque ad sidera Phœbus Jurgia cum magno conseruere Jove, Quis prior inceptum peragat mediumque per orbem Carpebat solitum forte viator iter .....» Quæ valde contorte sunt dicta et obscure. Forsan : « Quis prior inceptum peragat. Mediamque per urbem carpebat » ...; Ut sit « que » pro transitione, pro « autem »; vel « mediam ecce per urbem ... »; vel, servato « orbem », sensus erit viatorem iter carpere per medium terrarum orbem, qua sol est ferventissimus.

Fab. 18, 3, 13. Bis σισύραν anapæstum posuit in quarta sede, non sine symmetria quæsita. Sic F. 22, 13, 16, τιλλόμενος δακνόμενος tribrachos faciunt quartæ sedis, repetitis non infacete numeris.

Pag. 42, n. 4. Est ἐσυλήθη epitritus primus F. 78, 5.

Fab. 19, 7. Adde Burges. ad Eumen. 861; ac de verbo βουκολέω Babrii fragm. 6, p. 246.

Fab. 22, 8. Scrib. ἀκμαίῃ. Conf. Add. ad Fab. 98, 1, p. 257.

F. 22, 9. Suidas cum A consentiens exhibet ἔτιλλεν. Ait Knochius Suidam exhibuisse ἔτεμνεν ante Kusterum, qui e codicibus recte ἔτιλλεν prodiderit. At fuit olim ἔτεμεν, non ἔτεμνεν, testibus ipso Kustero, et Gaisfordio; et alio viro d. qui Suidæ principem editionem diligenter contulit, monetque sibi ἔτεμεν videri præferendum. Sed admisso ἔτεμεν, versus pessumdatur; animadvertendumque insuper non resecandos fuisse capillos, at avellendos, et ἔτιλλεν confirmari vv. 10, 13.

Pag. 54, n. 4. Cf. p. 59, n. 6; 74, n. 3.

Fab. 26, 10. Conf. pag. 182, col. 1.

Pag. 59, n. 6. Cf. p. 74, n. 3.

Fab. 31, 9, 10. Hos versus sibi ex Suida notos male referebat Knochius Fragm. 13 ad Fab. Canum et luporum, mihi Fab. 85.

Fab. 33. Conf. Knoch. Fab. 5.

Fab. 33, 3. Qui contulit locum Suidæ, νεὸς, ἡ νεωστὶ ἠροτριασμένη γῆ· « Καί τις γεωργὸς πυρὸν εἰς νεὸν σπείρας Φύλασσεν ἑστώς », Knochius, anteposita ejus auctoritate Vaticanæ lectioni ἐφύλαττεν, scripsit φύλασσεν. Augmentum, quod et inveni in A, fuit omnino præferendum. Vide n. 15, et ad Fab. 62, n. 2. Et ipse, quod spondæum mei codicis νειὸν, Suidæ iambo νεὸν prætulerim, non videbor ei culpandus qui legerit notam ad F. 95, 70.

Fab. 33, 8. Vide ad F. 62, n. 2. Vir d. qui ἠτήκει esse dixit in Vaticano, memoria fallebatur. Esse ἰθύκει in Vaticano tradidit editor Florentinus.

Fab. 36. Legendum : at nos incurvescimus

Fab. 38, 1. Velim rescribi ionice ἀγρίην, collatis Fab. 61, 5; 82, 1.

Fab. 43, 3. Pro σκιὰν reponas σκιὴν, ac vide F. 120, n. 1. Id

non est revera typographicum mendum, sed pariter redimetur, ac mulcta non una, quum sit mei proprium, nec possim illud cum compositore literarum lectoribusve communicare. Sibylla 4, 15 : Καὶ γῆ, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἀενάων πόμα πηγῶν. Inserendum τε· ποταμοί τε καί. Rursus 8, 467 : Αὖθις δ' εὐφράνθη καὶ ἰάνθη κέαρ αὐδῆ. Lego, εὐφράνθη τε καί. Infra 478 : Σπαργνωθὲν δὲ βρέφος δείχθη θεοπειθέσι φάτνῃ. Sic editum est e conjectura pro σπαργανωθεὶς, σπαργανωθέν. Propono σπαργωθέν. Fuit σπάργω, esse σπαργῶ potuit.

P. 91, n. 9. Verbum αἰθριάζω est activum in epigrammate christiani poetastri inter Anecdota Paris. t. 4, p. 320 : Ἔρως ὁ δεινὸς ἐκτυφλοῖ μου τὰς φρένας· Ἀλλ' αἰθριάζει σὸς πόθος με, Χριστέ μου. Id olim edideram in Anecdotis Græcis t. 2, p. 56, et nuper repetivi in Anecdotis Novis p. 175, cum lectione meliore αἰθριάζοι. Sunt eodem Anecdotorum Gr. loco versus alii quos reperies et in Parisiensibus; quos inter distichon mihi εἰς τὴν ὑπαπάντην (imo ὑπαπαντήν), mendoso lemmate in An. Paris. p. 309, εἰς τὴν ὑποπαντήν. Est ὑπαπαντὴ nomen liturgicum festi Purificationis vel occursus Symeonis. Sunt inter Anthologiæ χριστιανικὰ duo εἰς τὴν ὑπαντὴν disticha, 46 et 114. Repræsentavit editor compendia codicis eo modo, ut ὑπαντὴν bonam esse lectionem videatur; sed in apographo Spalettiano bis est integrum nomen εἰς ὑπαπαντήν. Esse credo utramque formam in usu, sed hanc frequentissimam. Acta Eliæ Junioris p. 186 : πρώτη φεβρουαρίου μηνὸς ἥτις ἐστὶ πρὸ μιᾶς τῆς ὑπαντῆς τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. Potius dicere debuit τῆς ὑπαντῆς τοῦ Συμεῶνος. Sed solemnis est festi appellatio, ἡ ὑπαπαντὴ τοῦ Κυρίου, ἡ ὑπαπαντὴ τῆς Θεοτόκου. Textum editum a me allegabo potius quam alterum, qui sine ulla distinctione prostat horridior : Εἶδες, γέρον, βρέφος με· δεῦρο πρὸς πόλον, Ἰδεῖν τὸν αὐτὸν δημιουργὸν τοῦ χρόνου. Alloquitur Jesus Sy-

meonem, ut et in Anthologiæ Epigr. 46. Posteriorem versum conferam cum Epigr. 114 Anthologiæ : Ὁρώμενος νῦν χερσὶ πρεσβύτου βρέφος Παλαιός ἐστι δημιουργὸς τῶν χρόνων. Collato Luca 2, 25 ..., Allatio De Symeonibus p. 3.., nil erit in sententia poetastrorum obscuri. Adde de festi nomine græco Reisk. ad Constantini Cerimonias p. 87 B; Possin. Observ. ad Pachym. t. 1, p. 690; Labb. ad Novellas p. 146; Metrophan. in Meurs. p. 94; Junium ad Curopal. p. 331; Biblioth. Gr. t. 9, p. 117, 164; et c. Non finem imponam notæ jam paulo longiori quin vindicaverim lectionem Epigrammatis 46 : Πρεσβύτα, παῖδα δέχοιο, Ἀδὰμ προγενέστερον ὄντα, Ὅς σε βίου λύσειε καὶ ἐς βίον ἄφθιτον ἄξει. « Rectius » vir doctus ait, « scripseris λύσει τε ». Rectius recto inimicum est. Optativus pro futuro placuit valde poetis recentioribus, valde Sibyllæ. Sibylla enim 5, 193 : Συήνην δ' ὀλέσειε μέγας φώς. Rursus 3, 520 : Ἕλλησι δ' ὁπόταν πολυβάρβαρον ἔθνος ἐπέλθῃ, Πολλὰ μὲν ἐκλεκτῶν ἀνδρῶν ὀλέσειε κάρηνα· Πολλὰ δὲ πίονα μῆλα βροτῶν διαδηλήσονται ... Δώματα δ' εὐποίητα πυρὶ φλέξουσιν ἀθέσμως. Apte scripsit e codicibus Alexander vir d. ὀλέσειε pro ὀλέσεις. Illis qui conjecerant ὀλέσουσι propter sequens διαδηλήσονται, opponit editor præcedens ἐπέλθῃ. Variavit numerum poeta suo jure.

Fab. 47, 2. A, εἶχε.

P. 101, col. 2, 1. Seriuś doceor non fuisse editum a Fixio viro eruditissimo alterum Gregorii Nazianzeni volumen, quod curavit presbyter quidam parisiensis, cujus nomen ignoro.

Pag. 104, n. 1. Sæpe veteres ornatus poetici causa epithetis utuntur quæ vacarent omnino. Epithetum ἄῤῥενες de tauris noto quidem, sed non sollicitandum putaverim. Euripides Hel. 360 : σὲ γὰρ ἐκάλεσα, σὲ δὲ κατώμοσα τὸν ὑδρόεντα δόνακι χλωρὸν Εὐρώταν. Qui meminerim dixisse poetas veteres ὑγρὰ

κύματα, ὑγρὸν ὕδωρ, πέλαγος ὑγρὸν, ὑγρὸν Ἰσμηνοῦ ῥέεθρον, facile fero ὑδρόεντα δόνακι χλωρὸν Εὐρώταν. Sed quum duo epitheta dentur Εὐρώτᾳ, nullum δόνακι, non displiceret legi, τὸν ὑδρόεντι δόνακι χλωρὸν Εὐρώταν.

Fab. 55, 3. Augmentum plusquamperfecti, quod dedi Babrio, auferam lubens Sibyllæ sic editæ 1, 34 : θεῷ γὰρ πάντ' ἐμεμήλει. Prætulerim varietatem πάντα μεμήλει. Sed ibi est et aliud quod animadvertatur. Agitur de primis generis humani parentibus, vitam adhuc innocuam in Paradiso agentibus. Visa repente Eva pulcherrima, Adam μέγα θυμῷ Θαῦμ' ἔχεν ... οἷον ὁρᾶται Ἀντίτυπον μίμημα· σοφοῖς δ' ἠμείβετο μύθοις Αὐτομάτοισι ῥέουσι (θεῷ γὰρ πάντα μεμήλει)· Οὔτε γὰρ ἀκρασίῃ νόον ἔσκεπον, οὔτε μὲν αἰδῶ Ἄμφεχον, ἀλλ' ἦσαν κραδίαις ἀπάνευθε κακοῖο. Est κραδίαις, pro vulgato κραδίης, conjectura editoris qui sensum vidit, correctionem facillimam prætervidit : scilicet scribendum fuit κραδίῃς. Sed et me ἀκρασίῃ impedit. Forsan, ἀφραδίῃ. Est εὐφραδία sermonis elegantia; poterit esse ἀφραδία silentium.

Fab. 58. Vide Burges. Diario classico t. 25, p. 25.

Pag. 116, col. 1. Ellipseos adjectivi πλήρης exempla videsis et F. 27, 2; 34, 3.

Fab. 61, 7. A, ἀεί. Cf. p. 88, n. 1; p. 120, n. 4.

Pag. 129, n. 8. Ferme hic anceps est optio pronominis τοῦτο vel ταὐτό· at non in isto Pselli loco apud Millerum v. d. ad anonymum de Coma p. 69 : θαυμάζω δὲ ὑμᾶς ὅτι, πολλάκις ταῦτα πεποιηκότες ἢ πεπονθότες ἐμοὶ, . . . οὐ πρὸς τὸ μέλλον ἐσωφρονίσθητε. Omnino rescribatur ταὐτά.

Pag. 129, col. 2, 1. Non importunum erit apponere quæ tantum indicavi Joannis Chrys. verba, quum occasionem suppeditent variantes lectiones e codice proferendi nondum collato. Joannes igitur Chrysostomus homilia post reditum : τί

λαλήσω; ποῦ σπείρω; οὐκ ἔχω χώραν ἔρημον. Codex 3087 recentissimus quidem, sed ex Vaticano antiquo descriptus : τί ποιήσω; τί λαλ. . . Idem paulo superius : ἤλθομεν οἱ διωχθέντες πρὸς τοὺς ἐλαθέντας· ἡμεῖς ἐπεβουλεύθημεν, ἐκεῖνοι ἠλάθησαν. Codex, ἐλασθέντας, ἠλάσθησαν. Quum sit utraque forma æque in usu, ex peculiari oratoris usu electio fiet. Statim : ἤλθομεν πρὸς τὰ σώματα ἅγια τοῦ Χριστοῦ βαστάσαντα τὰ στίγματα. Codex, τὰ σώματα τὰ ἅγια. Et sic latina conversio. Mox, διὰ τοῦτο παρακαλῶ, οὐχ ὡς δεομένων ὑμῶν διδασκαλίας, ἀλλ' ἵνα δείξω τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀγάπην γνησίαν. Codex, δεόμενος. Tum orationis in ipso fine : ἐνταῦθα δὲ καταπαύσωμεν τὸν λόγον εὐχαριστοῦντες ἐπὶ πᾶσι τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ ᾧ δόξα κτλ. Codex : καταπαύσω μου τὸν λόγον. — Εὐχαριστοῦντες . . . Sic dividit sententias codex, ut εὐχαριστοῦντες sit valedicendi, et concludendi orationem formula elliptica. Et id ex usu oratoris dijudicabitur.

Fab. 72. Confer Burges. Classico Diario t. 25, p. 27; Knoch. p. 25.

Pag. 136, n. 22. In Ignatii Fabula nomen δῶρον, de plumis a cornicula subreptis, valde est improprium. Propono φῶρον, quod convenit sententiæ, nec repugnat analogiæ.

Pag. 140, n. 4. Est formula δέ γε in Sibyllinis Oraculis 1, 228, de Noe arca : ἔτεμεν δέ γε μυρίον ἀφρὸν Στεῖρα, κινυμένων ὑδάτων κελαρυζομενάων. Legendum στείρᾳ· non habendum enim στεῖρα pro casu recto, qui sit στεῖρα, pendetque ἔτεμεν a præcedente nomine οἶκος θεσπέσιος.

Fab. 75, affabul. p. 142. A, ἐχόντων. Syntaxis postulabat ἔχοντας, quod scripsi.

Pag. 146, n. 2. ἰγανῶσα) Vide Pearsoni Adversaria Hesychiana p. 395; quæ nuper summo criticorum studiorum bono in lucem protulit vir rever. et eruditiss. Th. Gaisfordius.

P. 167, n. 5. Est hiatus relictus in versu Sibyllino 5, 289: Αἲ αἴ, Λαοδίκεια, καλὴ πόλι· ὡς ἀπολεῖσθε. Propono πόλις.

Fab. 91. Conf. Knoch. fragm. 49. — 6. In sententia, γνώσῃ Πόσον τράγου μεταξὺ καὶ πόσον ταύρου, est nonnihil inconcinni, ut in versibus Horatii : « bellum incidit inter Hectora Priamiden animosum atque inter Achillem ... Nestor componere lites Inter Peliden festinat et inter Atriden » Qui rectius alibi : « Est inter Tanain quiddam socerumque Visellî ».

Fab. 92, 12. De hoc versu an sit Babrianus dubitationem auget illud ipsum participium ἐπιδεικνυμένους ab affabulatore prosaico adhibitum F. 121.

Fab. 97, 12. Versus, ut fuit a librario scriptus, est iambicus politicus, quem in choliambicum mutationibus non improbabilibus converti. Qui Babrium multum versavit, Suidas nomen μαγειρεῖον inseruit Lexico.

Fab. 98, 1. A, ὡραίας. Scripsi ὡραίης, memor Fabulæ 91, 1; 95, 19, ubi ἐρημαίην, Fab. 95, 1, ubi πετραίη, Fab. 86, 1, ubi ἀρχαίη, Fab. 108, 25; 109, 3; ac similium. In Fabula 22, 8, recipere debuissem ἀκμαίη, pro lectione codicis ac Suidæ ἀκμαία, illudque rescribat lectorem rogo; et Fab. 72, 21, Ἀθηναίη pro Ἀθηναία.

Pag. 208, v. 3. A, πρὶν πότ'.

Fab. 115. Indicavi conferendum Knochii fragm. 30, non quod Babrianum esse crederem, sed illustrationis tantum causa.

Fab. 115, 1. Animadvertendum est de Μηνᾶ conjectura λιμναίαις esse λιμναίους in eadem versus sede F. 24, 3.

Fab. 121, 1. A, ὄρνις πότ'.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΜΥΘΩΝ.

INDEX FABULARUM.

INDEX ANNOTATIONIS.